

195. Respondeo negando consequentiam quod utrumque partem ad probationem concedo, quoniam *Hoc* non demonstrat substantiam panis, sed ex vi significationis, & secundum modum significandi demonstrat hoc ens quod secundum rem, & veritatem est corpus Christi, & nego, hinc sequi formam consecrationis non esse convertivam, quia fensu formae non est corpus meum est corpus meum, vel corpus Christi est corpus Christi, sed sensus est hoc ens est corpus meum, quod propositio facit sensum a priori divertentem, quia hoc nomen corpus meum, vel corpus Christi, significat corpus Christi abstracte, sed in loco ubi nomenque sit propositio illa corpus Christi est corpus Christi, est vera etiam a Laico panis, & quamvis corpus Christi non sit sub speciebus panis, sed pronomen *Hoc* ut a sacerdote profertur super panem non demonstrat corpus Christi, nisi sub ratione huius entis, quod sub speciebus panis continetur, id est, quod hoc ens est corpus meum, potest esse convertiva panis in corpus Christi, quia virtute eius fieri potest, ut corpus Christi fiat hoc ens, quod sub speciebus panis continetur, quod facere non potest illa oratio, corpus Christi est corpus Christi, quia corpus Christi non potest fieri iterum corpus Christi.

Ad Confirmationem nego minorem, quia *ly Hoc* licet non determinet corpus Christi sub conceptu formali corporis, determinat tamen sub conceptu formali entis determinati, non communis, neque sub distinctione demonstrat huius, vel illius, sed simpliciter determinat hoc ens singulare, nempe corpus Christi, quod tunc sub accidentibus continetur, quod dico, hic curritur, non supponit pro quoque individuo est, sed pro illo determinato, cui coepetit tale predicatum, in proposito, quod dico, hoc ens contentum sub his speciebus est corpus Christi *ly Hoc ens* non supponit pro quoque individuo est, sed determinat pro illo, cui coepetit tale predicatum, scilicet est corpus Christi, & sic propositio non est identica, qualis haec corpus meum est corpus meum, sed formalis, quia subiectum aliter importat praedicatum, aliter *ly corpus*. Ad ultimum nego consequentiam argumenti principalis, ac etiam probationis eiusdem, quamvis enim ens in communi sit univoce substantia, & accidentis, saltem tamen est, quod cum dico, hoc ens est homo, vel lapis, *ly Hoc ens* supponat pro aliquo communi substantia, & accidenti, nam lapis, & homo determinat est substantia, & consequenter hoc ens de quo lapis praedicatur, vel homo, non potest supponere, nisi pro singulari ente, quod est talis substantia, & sic in proposito in forma consecrationis *ly Hoc ens* supponit determinat pro tali singulari ente, quod est corpus Christi.

196. Rursus arguitur, significatum per *ly Hoc* est ens, vel est ens, quod est in substantia panis, vel ens, quod est in corpore Christi, non primum, non concessum, esseque secundum, primo, quia tunc corpus Christi est significatum per *ly Hoc*, quod haec ens est negatum, quia tunc est propositio identica, & inutilis, nam ens, quod est in corpore Christi est idem realiter, & formaliter cum corpore Christi. Deinde, quia tale ens singulare, quod est in corpore Christi, cui est identicum, hoc autem sit completa oratione. Tandem, quia pronomen *Hoc*, & *Hic* in forma consecrationis posita sunt relativa ad pronomen *Hoc*, in verbis antecedentibus accipit, & comedit ex hoc omnes, bibite ex hoc omnes, sed tunc non significatur corpus, & sanguis Christi, quia non dum est perfecta consecratio, ergo neque significatur per *ly Hoc*, & *Hic* in ipsa forma.

Resp. ens significatum per *ly Hoc* esse singulare entis concepti ad dicentem, quod est unum ex praedicatis, quae in fine prolationis sunt in corpore Christi. Ad primam impugnationem negatur consequentiam, quia corpus Christi in subiecto per *ly Hoc* ita significatur, ut non innotescat esse Christi, nisi ex praedicto, quare importatur solum confusum, & implicite, quod factis est, ne propositio sit identica, nam factis est, ut subiectum implicite, & confusum dicat, quod praedicatum distincte explicat, alioquin propositiones omnes in quibus praedicatum implicite includitur in subiecto essent identice, quod est falsum, ut patet in propositione, in qua definitio de definito praedicatur, quae est recta, est praedicatum implicite in subiecto includitur, quae doct. est. Adversarius autem ad suam opinionem tendit, quod *ly Hoc* supponat pro corpore Christi confusum, melius tamen salvatur in opinione nostra, quod supponat pro singulari determinato ente, & non alicuius minus universalis, quia ut inquit D. L. l. q. 2. c. 1. non est idem sensus harum propositionum, hoc est corpus meum, & corpus meum est corpus meum, vel corpus Christi est corpus Christi, quia licet subiectum consequentis supponat pro subiecto antecedentis, alius tamen est intellectus antecedentis, & alius consequentis, nam conceptus antecedentis potest esse certus, & conceptus consequentis potest esse dubius, potest enim aliquis esse certus de singulari magis universalis, & dubius de singulari minus universalis, nempe certus, quod sit hoc animal, & dubius, quod non sit hoc homo, non potest autem idem conceptus esse certus, & dubius, longe igitur melius deservit haec doctrina ad evitandam praedicationem identicam in opinione nostra, quam Adversarius dicens, *ly Hoc* supponere pro corpore Christi, tunc enim redderet hunc sensum, corpus meum est corpus me-

um, vel corpus Christi est corpus Christi, quae manifeste est propositio identica.

197. Ad 2. impugnationem dicendum est, ens, quod coepit proferri per *ly Hoc*, cum sit illud, quod in corpore Christi existit post verbum prolationem, atque non adesse, cum proferretur, nec sub speciebus realiter existere, neque id requiritur ad hoc, ut significet illud, sed factis est, in mente concepti sit singulare ens, quod existit cum corpore Christi in fine prolationis, in quo etiam insati duraxat suam habet significationem completam, & distinctam, & ratio est, quam diximus supra no. 188. quia in huiusmodi locutionibus praedicis, in quibus res, quae significatur, non supponitur, sed sit, pronomen demonstrativa rem ad sensum in principio non demonstrat, sed tantum in fine locutionis quia cum talis res ipsi locutionis fieri debeat, ut significative taliter, non potest ad sensum demonstrari ante prolationem complete locutionis, ut patet, si quis lineam, vel circulum in tetra descriptens diceret, haec est linea, non enim haec propositiones in eorum prolatione lineam, vel circulum ad sensum demonstrat, quod linea, vel circulus non est perfectae formatus, sed tantum in fine quando linea est ducta, & circulus formatus; Ad 3. impugnationem dicendum est cum Card. de Lugo disp. 11. sec. 7. no. 157. quod licet illa verba dicta fuerint a Christo ante consecrationem, illud tamen *Hoc* non refertur determinate ad id, quod tunc erat factus accidentibus, sed ad id, quod esset in fine locutionis, in quo est discrimen illorum verborum, comedit ex hoc, ab illis aliis: *Hoc est corpus meum*, illa enim priora non sunt assertiva, sed praecipitiva; posteriora vero sunt assertiva, quorum veritatem requiritur, ut obiectum tale sit tunc, quale tunc affirmatur esse; unde sensus illorum verborum est, accipite, & comedit ex hoc, quod post consecrationem accipietis, tunc enim solum iubeantur de illo, quod ante acceptum, manducate quod non erant acceptum, nisi consecratione peracta; unde illud verbum: accipite, distrahit significationem pronominis *Hoc* ad id, quod erit, quando dabitur.

QUESTIO NONA.

De veritate, & efficacia verborum consecrationis.

198. Haec questio patitur duas habet partes, in prima quaeritur, an verba consecrationis sint vera in toto rigore, & ratio dubitandi est, quia copula de praesenti solum significat tempus praesens, in quo profertur; ergo solum pro tempore praesenti debet verificari, non vero futuro, sed quando profertur oratio tali copula de praesenti constans, nondum est id, quod significat, scilicet, corpus Christi; hoc namque non est sub speciebus, nisi completa illa oratione, *Hoc est corpus meum*, ergo quod profertur, non videtur vera absolute, & de rigore sermonis, quod quae difficultatem vult excogitari sunt, modo dicendi ad veritatem verborum consecrationis explicandam, & tuendam. In altera vero quaestione partes citae efficacia verborum consecrationis dubitatur, an verba consecrationis suum effectum operentur, quatenus vera, adeo ut veritas formae sit causa conversionis panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, vel potius e contra, conversio sit causa veritatis, vel breviter, an verba consecrationis sint causa conversionis, non solum ratione significationis, sed etiam ratione veritatis Thomista communiter partem tunc affirmativam, eo quia Concilia, & Patres ex veritate verborum deducunt conversionem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi; Scotus vero 4. d. 8. q. 2. citat non longe ante finem, existimat, verba pro illo priori esse quidem significativa sui obiecti, non tamen vera, nec falsa, sed neutra, hoc est, praedicant ad utroque, ac proinde illa verba esse causam conversionis ratione significationis, non vero ratione veritatis, quam sententiam non solum sequuntur Scotista omnes, sed etiam Recentiores ferè omnes communi ter, Suarez, Vasquez, Lugo, Averfa, Caspensis, Morandus, Becanus, Bernal, & alii passim.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo verba consecrationis sint vera.

199. Dicendum est, verba consecrationis in hoc sacramento proprie, & in rigore sermonis esse vera, quod operentur, quamvis non nisi in ultimo instanti prolationis earum reperitur corpus Christi sub speciebus panis, & sanguis sub speciebus vini. Haec est communis inter Catholicos, quoniam veritate in toto rigore logico demonstrat Scotus valde subtiliter loc. cit. per tresdecim conclusiones; Probatur, quia verba Christi loquentis necessario debent esse vera, cum enim sit prima veritas, nec per seipsa nec per alium mentiri potest; sed verba consecrationis sunt verba Christi loquentis per se Sacerdotis, & affirmantia, illud esse suum corpus, & suum sanguinem, quia Sacerdos efficiendo hoc sacramentum loquitur in persona Christi, ideò quae supra diximus, non tantum ab eo recitative profertur, sed etiam significat, ergo necessario debent esse vera. Deinde veritas propositionis non regulatur pro tempore, quo copula profertur, sed pro tempore, quo tota pro-

Questio XI. De veritate, & efficacia

verborum consecrationis. Art. I.

propositio absolvitur, quae ideo à tota propositione finita desinitur, sed in ultimo instanti prolationis verborum, quod est primum non esse illorum, in quo praesenti instanti verborum sacramentalium significatio intelligitur completa, res per illa significata à parte rei existant scilicet, corpus Christi sub speciebus panis, & sanguis sub speciebus vini; ergo forma illa secundum omnem rigorem, & verborum proprietatem tunc vera; minor est de fide, maior probatur, quia conceptus per orationem prolatae causatus non habetur nisi in ultimo instanti prolationis eiusdem; ergo ut aliqua propositio vocalis sit vera de rigore sermonis, factis est, quod in illo ultimo instanti, in quo conceptus illius completur, significatum per eam à parte rei existat; unde haec oratio, *Hoc est corpus meum*, non fortiter veritatem, & significationem totalem, nisi sit omnino finita, & secundum omnes eius partes completa; enim quis hanc orationem profertur; *hoc est corpus*, & non profertur *meum*, sed diceret *Petri*, certe talis oratio referretur tota ad corpus Petri; ergo eius sensus nondum determinatus est, nisi ultima quoque particula profertur, per quam determinatur termini praesentis, & copula eorumdem.

200. Tandem hoc totum praesertim in propositionibus praedicis verificatur, ut dictum est supra, hoc enim specialiter in eis invenitur, quod omnino rem, quam significans, praecedere debent; cum enim res significata per illas est vi earumdem suum esse habeat, opus est, ut tales propositiones supponant quoad earum completam significationem, sicut omnis causa univ. faliter loquendo ad suum supponitur effectum; praedicata autem propositiones formam consecrationis constituentes tam corpore, quam sanguinis, prout à sacerdote profertur supra legitimum materiam, & cum debita intentione sunt praedicata ergo simul significant, & causant, atque ideo cum suam significationem completam non habeant, nisi in ultimo instanti prolationis verborum, consequenter in eodem instanti solum suam causalitatem exercent, & pro eodem instanti sunt vera. Ex quo facile occurrat rationi dubitanti ad initio quaestiones allatae, falsum enim est, veritatem propositionis regulari pro tempore, quo profertur copula de praesenti, prius enim regulatur pro tempore, vel instanti, quo tota propositio absolvitur; unde licet quilibet propositio sine categorica, sive hypothetica, ex terminis simplicibus, vel complexis componatur, & hi termini successively profertur, & sic profertur, etiam significat, veritas tamen, & falsitas tamen significationem consequentem non censetur consistere, neque intellectus illi assentitur, quousque tota propositio sit prolata, & tunc integra propositio dicitur existere, non vero ante, & id maxime in proposito dicendum est, cum enim forae consecrationis sint praedica, & operativa, totam earum veritatem referunt ad ultimum instanti, in quo operantur, & tota haec est Scoti doctrina loc. cit. s. aliter ergo prima concl.

202. Sed contra haec doctrinam instabitis, pro eo tunc oratio est vera, pro quo ipsa est, & existit, sed solum pro tempore, pro quo profertur, existit; ergo pro eo tantum est vera. Conf. quando oratio est completa, non est, completur enim in ultimo instanti prolationis verborum, quod est primum non esse eorum, successiva namque definitur pro ultimo instanti subiectum, ut constat ex dictis in Physicis; ergo tunc non potest subsistere veritatem, cum tunc non sit. Tandem, quilibet dictio significat, dum profertur, si est vox significativa; sed *ly est* in propositione significat unionem praedicati cum subiecto; ergo negati non potest, quod consecratio sit vera, vel falsa in progressu, quando profertur particula est.

Ref. Doct. loc. cit. quod in fine prolationis cuiuscunque dictionis per aliquod causatum in phantasia à dictione, dum profertur, intellectus in se causat conceptum aliquem dictionis, atque ita per aliquas species à singularibus dictionibus derelictas, dum profertur intellectus in ultimo instanti per actum collatiivum formae conceptum totius propositionis, unde orationem vocalem verificari, quando non est potest dupliciter intelligi, aut quando non est formaliter in se, aut quando non est in aliquo effectu sibi proprio; primo modo concedendum est, orationem verificari, quando non est non tamen secundo modo, quia in phantasia audientis, & etiam loquentis, qui seipsum audit, causatur aliquid ex prolatione singularium partium orationis, id est, species, ad quas se intellectus convertit, & ex illis formatur conceptus illius orationis, unde licet oratio non existat formaliter in se, nisi pro tempore, quo profertur, ad huc tamen in fine prolationis dicitur existere, & remanere in aliquo effectu, & de causato in phantasia audientis, Ad Conf. patet per idem quamvis enim oratio, quando est completa, non amplius in se existit, dicitur tamen existere in aliquo effectu à se producto, scilicet in speciebus causatis, inter species autem istas, & rem expressam in fugit relatio veritatis, & sic salutar obiectum veritatis eodem profus modo, quo inter rem, & orationem scriptam, quae remanet licet per motum fiat. Ad ultimum negatur consequentia, quia ut copula exerceat suum munus copulandi, debet intelligi cum ordine inter praedicatum, & subiectum, qui ordo non intelligitur in principio, vel in progressu, sed tantum in fine, quando est completa oratio; ubi enim non concipiuntur unita, neque unio intelligi potest, unde quando in progressu, & prolatione propositionis profertur particula est, habet potius rationem verbi substantivi, ut idem

sonat, quod existit, quam copulae, & constituit propositionem de secundo adiacente, non autem de tertio, nisi pronunciatum praedicato, quo posito statim habet rationem copulae, & proprie unionem significat eius cum subiecto.

203. Rursus obicitur, significatum totius orationis constat ex significatis partium, sed partes significant, quando profertur, ergo oratio habet significatum suum ante terminum totius prolationis. Conf. quia dictio idem habet significatum, tam inserta in oratione, quam in se prolata; sed si per se profertur, statim facta prolatione eius significatum habetur; ergo similiter in oratione, quamvis alia adhuc non sint prolatae.

Resp. etiam Doct. loc. cit. negando consequentiam, quia significatio illa partium orationis non est ratio formalis causandi conceptum totius orationis in audiente, sed tantum quaedam praebula dispositio, ad quam per collationem intellectus sequitur causatio totius conceptus ex conceptibus per partes causatis. Ad Conf. dicendum est, quod licet dictionis idem sit significatum suum incomplexum, five per se, five in oratione sumatur; aliter tamen habet illud in oratione inserta, & per se, ac solitaria prolata; hoc enim modo accepta suum statim habet significatum in fine prolationis clausam, & distinctam abique dependentia ab alio; vel ordine ad aliud; sed quando est pars orationis, ipsum habet veluti in potentia, & ordine quodam cum aliis dictionibus ad ultimum instanti prolationis totius orationis, in hoc enim sequitur legem, & naturam totius, & in hoc sensu dici solet, quod pronomen in forma consecrationis prolata suspenfam habent suam significationem, donec tota propositio sit prolata; quod quidem intelligendum est modo iam supra explicato, quod licet termini prolationis successively profertur, & ut sic profertur, etiam significat, tamen veritas, vel falsitas consequens tale significationem non ceteris consistere neque intellectus illi assentitur, quousque tota propositio sit prolata.

203. Denique obicitur, difficultatem adhuc magis urgere in formis consecrationis, quam in aliis orationibus vocalibus, ob pronomen demonstrativa, quae in ipsis ponitur, quia pronomen demonstrativum statim, ac profertur, demonstrat id, in quod cadit, cum in demonstrando id, in quod cadit, non pendat ex intentione profertentis, sed ex propria significatione, statim ac profertur in forma consecrationis, cadit in substantiam panis praesentem, quia cum corpus Christi nondum sub speciebus existat, non potest in illud cadere, nam in eam substantia cadit, quae per species praesens tunc temporis demonstratur, quando profertur; sic autem dicendum patet, orationem esse falsam, quia de substantia panis non praedicatur corpus Christi. Resp. ex dictis, non semper pronomen demonstrativum completa habere significationem, statim ac profertur, sed interdum illam habere tantum in fine complete orationis, id est, non ex intentione tantum profertentis, sed etiam ex vi coniunctionis cum praedicto, à quo determinatur ad supponendum pro hac, vel illa re, unde ut supra dicebamus, si quis hac orationem diceret, *Hoc est corpus*, & non profertur *meum*, sed adderet *Petri*, tunc talis oratio tota ad corpus Petri referretur, id est, significatio pronominis illius determinata non est, nec per sensus totius propositionis, nisi ultima particula profertur, per quam determinatur termini prioris, & copula eorumdem; in proposito igitur, cum significatum illius pronominis, *Hoc*; dum profertur, sit individuum, & singulare entis, ut dictum est *quasi praedict. art. 2.* ens, quod concipitur, dum profertur *ly Hoc*, cum sit illud, quod in corpore Christi existit post prolationem orationis, non existit tunc sub speciebus, sed tantum pro illo tunc est mente conceptum.

204. Sed dices, si pronomen illud, quando profertur, non statim ad sensum demonstrat id, supra quod cadit, sed tantum id est mente conceptum, tunc demonstratio non fiet ad sensum, sed tantum ad intellectum, quia demonstratio ad sensum non fiet, nisi per rem sensui praesentem; cum igitur haec demonstratio corporis Christi sub speciebus non fiat ad intellectum, sed ad sensum, debet suum significatum sic demonstrare, quando profertur, sed quod profertur, non est nisi panis, ergo non nisi panem demonstrat.

Resp. ad hoc ut demonstratio fiat non tantum ad intellectum, sed etiam ad sensum sufficeret, res demonstrata fiat praesens sensibus in fine complete orationis, ut patet in hac propositione, *Hoc est praecipuum meum, ut diligatis invicem*, in qua est pronomen demonstrativum, & tamen praecipuum charitatis, quod ad sensum auditus demonstratur, non nisi in fine complete orationis sit acribus praesens, sicut etiam, quando dico, *Hoc quod iam dixi, est verum*, *ly Hoc* significat aliquid postea dicendum, & non aliquid ostensum, quando prolata est.

ARTICULUS SECUNDUS

Quomodo verba consecrationis sint efficacia, & convertiva.

205. Dicendum est, formam consecrationis esse convertivam, sed causae praesentiam corporis, vel sanguinis Christi, in quantum est significativa, non vero in quantum est vera; unde verba consecrationis esse sint vera in fine prolationis, non tamen sunt convertiva, quatenus vera, sed quatenus neutra, & pra-



edentia veritatem saltem natura: Scetus loc. cit. sub lit. V. S. & si quas. cum omnibus ferè Recentioribus extra Scholam D. Th. ut testatur Card. de Lugo d. 1. sec. 6. m. 146. & quidem quoad primam partem nulla est difficultas, quia omnia sacramenta suos effectus causant, quatenus sunt quaedam signa sensibilia à Deo assumpta, & instituta, ut ad eorum positionem Deus ipse assistens ponat effectus aliquos; ergo causant, quatenus significant: tum quia ex eo quod forma consecrationis significet corpus Christi esse sub speciebus, colligitur quod causet presentiam eius sub illis, nam sacramenta efficiunt, quod significant; ergo ut significativa causant.

Quoad secundam partem probat Doctor, idè hac oratio est vera. Hæc est corpus meum, quia ea expleta, panis destruitur, & corpus Christi sub speciebus ponitur in quo consistit conversio, ergo prius natura ponitur Christi corpus sub speciebus, quam intelligatur oratio illa veritatem habere, consequentia patet, nam causa, & omnis ratio, secundum quam causat, debet præcedere effectum saltem natura, antequam demonstratur, nam idè oratio aliqua est vera, vel falsa, quia quod exprimitur, vel significatur per eam, est, vel nõ est à parte rei, sicut exprimitur, ex eo enim, quod res est, vel nõ est oratio dicere vera, vel falsa, est de substantia.

Confitur, quia in omni propositione prius natura intelligitur significatio, quam veritas ut patet in adductæ, prius enim aliqua conclusio non demonstrata concipitur à discipulo, & tunc quidè ut neutra, & tan enim totus per se eius concipitur percipitur, vel concipiatur, deinde demonstratione ad ipsam applicata, concipitur ut vera, quod adhuc magis patet in propositionibus contingentibus, potest enim aliqua talis propositio eandem retinens significationem esse modo vera, modo falsa, ut si dicatur Petrus currit, quæ semper idem significat, & est vera, Petro currente, falsa non currente; ergo à forme consecrationis virtus effectiva, & convertiva convenit ratione sua significationis præcise, utique etiam ei convenit independenter à veritate. Denique probat Doctor, quia potuisset Deus absolute loquendo instituisse aliquam orationem non significantem ad cuius prolationem à Ministro ipse assisteret ad causandum effectum in fine prolationis, ergo quavis de facto, & quidem convenit illi orationem insinuatæ voluerit huius presentie significativam, ipsaque propositioni sic significative attribueret virtutem efficiendi eandem presentiam significatam, dicendum tamen est, hanc virtutem fuisse illi communicatam in se consideratæ, prout à veritate, vel falsitate præcise dicitur, itat ei talis virtus convenit præcise ratione significationis, & non ratione veritatis duplicative, sed tantum specificative.

206 Resp. aliqui Thomistæ cum Caetano, hæc argumenta concludere de veritate speculativa, de qua præcedit Arist. dictum, ex eo orationem esse veram, vel falsam, quod res sit, vel non sit, ut per ipsam exprimitur, non autem de veritate præctica, quæ cum sit veritas in causando, non presupponit, sed facit rem, unde antequam res sit veritas præctica est, unde dicitur, formam consecrationis causare hoc sacram, ut veram præcise, non autem ut veram speculativè. Alii verò cum Dominico Soto contendunt, formam consecrationis præcedere, ut veram utroque modo, tam præcise, quam speculativè, presentiam corporis Christi, & omnino causat, ut veram utroque modo, nec obstat, quod ut veram presupponat corpus Christi præcise sub speciebus, quia non implicat, ut in eodem temporis instanti forma presupponat corpus in genere causa obiectivæ, & materialis, & simul ipsa præsupponat ad corpus in genere causa efficientis, quod variis exemplis persuadere conatur, & ex Arist. dicitur, causas esse posse sibi invicem causas in diverso genere causæ.

Sed prima responsio nõ satisfacit, falsum enim est discrimen illud, quod ponitur à Caiet. inter veritatem præcise, & speculativè, quæ tamen in eo conveniunt, quod utraq; consistit in convenientia, quod veritas speculativa consistit in convenientia propositionis cum re, quam enunciat, & efficit; & præcise verò in convenientia propositionis cum re, quam enunciat, & efficit; unde licet sit præcise præcise sit sui significati factivum, eius tamen veritas nõ est in connexionem cum suo significato presentis, idè quæ quado, talem habet connexionem infallibiliter cum suo significato dicitur signum certum, & infallibile, quando verò non semper præcise habet suum significati dicitur dubium, & æquivocum. Nec etiam aliis responsio satisficit: siquidem mutua illa causalitas in genere causæ materialis, & efficientis omnino rejicimus d. 8. Phys. q. 1. art. 1. quod si quando Arist. dixit, causas esse sibi posse invicem causas, solum intelligit in causa efficienti, & finali, non autem in cæteris, ut constat ex exemplis ab ipso adductis.

Resp. rursus Coninc. 3. p. q. 78. art. 5. veritatem propositionis etiam præcise utiq; pendere ab existentia rei, non tamen absolute, & necessario presentis, sed vel presentis, sed vel præterite, vel futura, prout in propositione esse affirmatur, sicut enim veritas huius propositionis Petrus cras currit, requirit ut Petrus cras currat, non autem hodie, ita veritas propositionis præcise de presenti requirit, ut res, quæ asseritur, existat quidem eodem instanti temporis, quod habet completum suum esse, sed posterius natura, quam ipsa est, quia hoc implicatè affirmat; sicut igitur relatio, quæ respicit

terminum absolute futurum, potest eo prior esse tempore, sic quæ respicit futurum posterius natura, potest eo esse prior natura, talis autem est veritas propositionis præctica.

Ceterum hæc quoq; solutio plura continet falsa, & minime satisfactiva, enim verum est, veritatem propositionis præcise ab existentia rei pendere, prout in propositione esse affirmatur, cum in forma consecrationis asseritur existentia corporis Christi sub speciebus de presenti, non poterit vera talem effectum causare, cum potius hæc veritas causatur, & definitur ut ipso effectu actu existente, ut supra arguitur, quare tantum abest, ut veritas præctica talis propositionis præcedat natura realem existentiam corporis, & sanguinis Christi, quod potius res est contra omnino se habet; unde etiam naturæ instantia distinguit Doctor sub lit. Y. in presenti casu illo eodem instanti temporis, quo completur forma consecrationis, & est vera, quia tunc realiter existunt corpus, & sanguis Domini sub speciebus in primo, prædicta propositio est significativa, in secundo causata, quia significando causat in tertio tandem est formaliter vera, quia adest conformitas actualis propositionis ad rem, quæ enunciat; Neq; ad veritatem in propositionis præcise est satis eorum status illius ad obiectum, quod causat, antequam sit, quia quavis sit infallibiliter exiturum, adhuc tamen verè pro illo instanti non existit, quod significat propositio de presenti, & non de futuro. Accedit, quod futurio rei male explicatur per instanti naturæ, quia rei existentia mensuratur per instanti temporis, non naturæ, & præteritum, præsens, & futurum designant instantia temporis non naturæ, & in eo instanti temporis, quo corpus luminosum producit, inceptè diceretur, quod in posteriori signo natura ab eo produceretur lumen, vel quod lumen est futurum in posteriori natura signo, quia existentia, & productio rei per instanti temporis, non verè natura mensuratur, ut dictum est in Logica in Postpredicamentis, unde in eodem instanti temporis quo corpus luminosum producit, supponitur etiam lumen existere, & esse productum, licet illud sit ipso natura prius; Denique falsum est etiam dari posse relationem, quod verum possit præcedere terminum, & adhuc magis absurdum quod etiam prioritate temporis illum præcedere possit quæ relatio in suo esse non tantum à fundamento, sed etiam à termino dependet, & adhuc magis ab illo, quam ab illo, relatio quidem actualis termino actuali, sive actualiter existente, & relatio aptitudinalis v. g. ribilitatis ab aptitudinali, ergo non solum posterior est suo fundamento, sed etiam termino, ne aliqua relatio excogitari potest, quæ sit termino prior, ut dicitur de diff. 4. Phys. q. 2. alioquin esset relatio ut supponitur, & non esset relatio, quia cum hec sit essentialiter habitudo inter duo, extrema, non nisi præsuppositis extremis in surgere potest, sicut etiam unio necessaria, quæ cum hec sit essentialiter habitudo inter duo, extrema, non nisi præsuppositis extremis in surgere potest, sicut etiam unio necessaria, quæ cum hec sit essentialiter habitudo inter duo, extrema, non nisi præsuppositis extremis in surgere potest.

207 Resp. tandem Amicus disp. 224. c. 5. distinguendo triplicem veritatem in formis sacramentalibus, quæ distinctione oppositas sententias conciliare pretendit: Prima de se sumit ex pacto & promissione Dei, ex eo enim quod Deus promittit ad prolationem talis forme supra debitam materiam se producutur rem per talem formam significatam, hoc ipso forma foritæ est infallibiliter veritatem in ponendo suum effectum à parte rei, ut illum significat. Secunda derivatur ex ipsa existentia effectus, non quidem existentialis, sed futura, ex eo enim quod futurus est, effectus à se causandus, prius prioritate rationis, & nature, forma sacramentalis intelligitur verè per conformitatem ad talem effectum à se causandum. Tertia de se sumit ex ipsa actuali existentia rei producentis, in ordine ad quam forma sacramentalis acquirit novam conformitatem præctica actualem, quam antè non habebat, quia nunc connotat existentiam presentem sui obiecti, quam antè non connotabat, luxta hanc distinctionem triplicem veritatis in forma sacramentali assignabilis fructu deinde Amicus tres Conclusiones, quibus oppositas sententias conciliare pretendit, & concludit rationes pro nostra sententia ad ductas procedere tantum de tertia veritate, quæ est veritas actualis præctica desumpta ex ipsa existentia actuali rei, producentis, & probare tantum, non posse formam sacramentalis causare suum effectum veram, veritate præctica: desumpta ex conformitate cum existentia sui obiecti actu existentis, cum quo adhuc stat, quod posse causare suum effectum ut veritate primi, & secundi generis, in quo sensu effectum oppositam Thomistarum sententiam.

208 Sed neque hæc solutio, & conciliatio placeat à hoc enim est facere questionem de nomine, & eam extrahere proprio, & genuino sensu, in quo disputari solet; extrahit hæc questio movetur tantum de veritate præctica actuali desumpta ex conformitate ad rem actu existentem, quæ proprie solum veritas appellatur, etenim ut supra diximus, veritas præctica illa proprie dicitur, quæ est factiva significati, & consistit in conformitate, & connexionem cum suo significato presentis, unde signum, quod dicitur dubium, aut æquivocum, tale dicitur, quia non semper habet præcise suum significatum, signum verò certum, & infallibile dicitur ex connotatione infallibili, & certa ad suum significatum. Neq; enim, ut diximus, ad veritatem propositionis præcise, de qua est questio, satis est conformitas illius ad obiectum, quod causat, antequam se

quia

qui verè pro illo instanti non existit, quod significat propositio, esto infallibiliter exiturum. Quare in eo sensu ad summi dici possunt prædicte propositiones causare ut verè, veritate quadam virtuali, & radicali, quatenus scilicet, ut verba Christi per os sacerdotis prolata infallibiliter efficiunt, quod significat; quæ enim ipso quod intelligitur esse verba Christi, intelligitur cum infallibilitate orta ex ipso loquente, & cum necessitate ad conformitatem cum obiecto, & cum repugnantiæ ad difformitatem, quæ quidem determinatio, & necessitas ponendi obiectum, seu conformitatem cum illo potest dici veritas radicalis, & antecedit ad omnè denominationem extrinsecam ab obiecto proveniente, ut optime adnotat Card. de Lugo sect. 6. cit. in fine; sed de veritate hæc, quæ est velati in actu primo, hæc non est questio, hæc enim omnes agnoscent, esse essentialia, & intrinsecam in omni cognitione divina, & in omni actu fidei, & in omni locutione, Dicit, prout talis est, quare cum verba consecrationis antecederent ad operationem sint locutio Christi, necesse est, quod pro illo priori cum hac veritate radicali, ac veluti in actu primo intelligatur. Alia verò veritas, quam Amicus præcedenter assignat in forma consecrationis, quæ scilicet definitur non quidem ex existentia effectus presentis, sed futura in posteriori signo natura, præterquam quod futurio effectus male explicatur per instanti naturæ, ut supra diximus contra Coninc. adhuc non est ad rem, quia veritas foræ consecrationis, de qua hic est questio, consistit in connexionem cum effectu presentis, quem efficit, non verè futura.

209 In Oppositum obicitur. Primo quia omnis propositio eo ipso, quod est significativa, est etiam vera, vel falsæ, ut enim significat rem, sicut est, & sic est vera, aliter, quàm sit, & sic est falsæ, cum enim hæc sint contradictoria, non potest inter ea dari mediū pernegationem extremorum pro quocumque signo sine temporis, sive naturæ, ergo si foræ consecrationis non efficiunt conversio, ut verè illa causantur, ut falsè nõ verò ut neutre. Confin. quia Trid. sess. 13. c. 4. ex veritate verborum deducit conversionem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, ergo efficiunt, ut verè.

Respondeo ex Scilicet X. jam dictis supra n. 205. veritatem, & falsitatem non esse de essentia propositionis, sed propriam ejus passionem, unde in illo priori naturæ, antequam fundat conformitatem, vel difformitatem ad obiectum, oratio significat, non tamen verè, vel falsè, quod ex eo constat, ut diximus, quia eadem numero oratio transit de vera in falsam, & e contra per conformitatem, vel difformitatem ad obiectum, quod aliter, & aliter se habere potest, idè quæ oratio secundum suam essentialitatem considerat abstractè à veritate, & falsitate; & sicut homo in illo priori signo naturæ, in quo consideratur præcise secundum suam prædicatam essentialiam, non intelligitur nec ribilis, nec non ribilis, quia ribilitas ei tantum convenit in secundo natura signo, in quo ei convenit prædicata secundi modi dicendi per se; ita propositio secundum suam prædicatam essentialiam consideratæ non intelligitur vera, nec falsa, sed ab utroque abstractè, & concipitur neutra, quia talia prædicata non conveniunt ei, nisi in posteriori signo nature, in quo ei tribuuntur prædicata secundi modi; Et ad aliud, quod inter contradictoria non dat medium, jam dictum est in Logica, hoc verum esse in contradictoriis aliquo flexu, non tamen in incomplexis, quando samuntur cum aliquo simpliciter, non tamen eundem homo per se in primo dicendi modo nec est ribilis, nec non ribilis, nec per se est albus, nec per se non albus; quia in tali signo naturæ, nec per se est albus, nec per se non albus, quia in tali sententia ab huiusmodi prædicatis omnino abstractè, & præcise presentiam Christi ex veritate forme, & vi verborum, colligitur presentiam Christi ex veritate forme, & vi verborum, quando ex veritate forme deducit presentiam corporis Christi sub speciebus, potius loqui videtur de veritate præctica in actu primo, & virtuali, aut radicali ex infallibili promissione Christi desumpta de formali, & actuali, de qua hic est questio; colligit enim converti omem panem in corpus Christi, quia Christus verè dixit, id, quod sub speciebus panis offerbat, esse corpus suum.

210 Deinde arguit Coninc. in tantum forme consecrationis, suum operantur effectum in quantum sunt verba primæ veritatis ergo quatenus necessariò veram conversionem efficiunt. Confirmatur, quia forme aliorum sacramentorum efficiunt suum significatum, in quantum verè, ergo multo magis forme huius sacramenti hoc idem efficiere debent.

Resp. negando consequentiæ, aliud enim est, verba consecrationis causare conversionem, quia sunt verba primæ veritatis; aliud verò, quod causent ut veritate ipsorum veritas sit causa conversionis; primum quidem verum est, & ultro concedimus, idè enim conversionem causant, quia dicta sunt à Deo prima veritate, & instituta ad conversionem efficiendam; secundum verò negatur, quia, ut supra dictum est, potuisset Deus prima veritas aquæ benedictæ instituire aliquam orationem non significantem ad cuius prolationem à ministro ipse assisteret ad causandum effectum in fine prolationis, & tunc adhuc esset verum dicere, quod illa verba conversionem causarent, quia sunt verba primæ veritatis, & à Deo instituta, qui neminem decipere potest; nec tamen hinc sequeretur.

Mold. in Quart. Sentent.

quod causarent, ut verè; & tandem hoc argumentum ad summum probat de veritate radicali, & in actu primo, ut dictum est, non autem de formali, & in actu secundo, de quo tantum est questio. Ad Confirmationem specificativè conceditur antecedens, reductive negatur, nam forme sacramentorum effectum reduplicativè, in quantum significant, hoc est in quantum continent virtutem suam effectum, ut colligitur ex Trident. sess. 7. & veritas eorum fundatur in hac significatione præctica seu in ipsa efficacia forme.

211 Denique arguit Amicus, quia forma sacramentalis est pactio, & promissione Dei habet omnimodam infallibilitatem ad causandum effectum, quem significat; sed hæc infallibilitas causandi effectum præcedit saltem natura ipsam productionem effectus; ergo forma sacramentalis causat suum effectum, ut verè, veritate sibi communicata ex infallibili promissione Dei. Deinde causat etiam ut vera veritate speculativa desumpta ex conformitate ad effectum à se causandum, quoniam prius est, effectus forme sacramentalis esse exiturum virtute ipsius forme, quam aqua existere virtute ejusdem forme; ergo potest forma sacramentalis per conformitatem ad effectum à se causandum esse factus vera, quam illum causet; igitur potest illum causare, ut verè veritate desumpta ex conformitate ad effectum à se causandum; assumptum patet, consequentia probatur, nam positio, quod effectus forme sacramentalis sit exiturus, forma ipsa sacramentalis in priori signo naturæ, antequam illum actu producat, habet conformitatem cum illo, quia enunciat illum causandum pro posteriori signo natura, atque ita illum producat, ut verè in eo priori natura.

Resp. ex dictis negando consequentiam, quia cum eadem infallibilitate suum effectum producat oratio quocum non significat, ita ad tale munus fuisse à Deo assumpta, & tamen non produceret, ut verè; unde argumentum vel non concludit, vel solum probat de veritate virtuali, & radicali, non verò formali, & actuali, de qua est questio. Ad aliud dico, formam consecrationis neque posse suum effectum producere, ut verè veritate illa speculativa, quæ fingitur desumpta ex conformitate ad effectum à se causandum, & in posteriori signo nature futurum; quia futurio, vel existentia rei futura non mensuratur per instanti naturæ, sed temporis, & idè cum in eodem solum instanti temporis, quod effectus est productus intelligatur fundare conformitatem ad illum jam in esse positum, non potest forme consecrationis intelligi verè ea veritate speculativa antecederenti ad ejus productionem, sed tantum in posteriori signo nature post ejus productionem.

212 Hic etiam queri solet, an plures forme possint simul concurrere ad eandem materiam consecrationem, seu an plures Sacerdotes possint eandem hostiam consecrare; & ad dubium nondum de valida, sed etiam de licita consecratione; quæ quidem questio resolvenda est iuxta dicta superioris de baptismi disp. n. 60. & 65. in consimili dubio, an plures possint simul eandem baptismi, ut diximus ex Scoto disp. 6. quest. 2. plures enim de baptizante sic, quod omnes simul formam expleant, singulos verum, ac validum sacramentum conficere; ita, inquam in proposito dicendum est, plures Sacerdotes formam consecrationis in eodem instanti simul super eandem materiam profærentes cum re, & absoluta intentione illam consecrandi, si simul verba consecrationis absolvent, omnes verè sacramentum conficere; sicut enim plures profæro modo eandem baptismi validum baptismi sacramentum conficiunt, ita eadem ratione de Eucharistia dicendum est; & sicut in eo casu diximus, plures illos baptizantes concurrere, ut causas totales morales ad eundem baptismum, ita pariter in proposito dicendum est, plures Sacerdotes unam, ut causas totales effectum simul consecrantes verè se habere, ut causas totales eundem effectum totaliter causantes in genere moris; quia id non importat in signato respectu signi physicam, & essentialem dependentiam, quam tantum negamus, posse in aliquo uno effectu reperiri ad plures causas totales, ut jam diximus disp. 8. Phys. q. 3. art. 2. nu. 68. quæ fuit doctrina Scoti loc. cit. d. 6. quest. 2. ubi inquit, propositionem illam, quod idem effectus nequit esse à pluribus causis totalibus, esse veram de causa formam inducente physice, & effectivè, sic autem formam solum Deus inducit, non Ministri; quam responsionem etiam tradidit in Reportatis, ubi habet, non posse eundem effectum esse à pluribus causis totalibus formam effectivè inducentibus, sed bene à pluribus ministerialiter tantum agentibus, tunc tamen una sit principalis effectivè formam inducens; quod est, ac si dixisset, non posse eundem effectum esse à pluribus causis totalibus physice causantibus, bene tamen à pluribus ministerialiter tantum causantibus, cujusmodi sunt plures, Ministri eundem hominem baptizantes, & plures Sacerdotes eandem hostiam consecrantes; Quod autem ait Rubeus noiter tom. 2. conp. 15. concl. 3. Scotorum non ita fecisse, nec illam dedisse responsionem ex propria mente; optime refellit Gavarius disp. 2. de Missa Sacrificia quæ n. 251. ad quem Lectorem remitto, non enim vacat negans Auctoritas illius perpendere, præsertim cum in ea questione in intelligibilia dicat.

213 Quod etiam licite possint interdum plures Sacerdotes materiam eandem consecrare, communis est sententia, hæc tempestat, N 3 & addo



& adeo certa, ut sine maxima temeritate in dubium revocari nequeat propter consuetudinem, qua Ecclesia Romana utitur cum Sacerdotibus recentior ordinis, qui omnes cum Episcopo ordinantur celebrant simul cum ipso verba consecrationis super eandem materiam profertentes, quem ritum ab omnibus Episcopis observari precipitur in novo Pontificali Iulii Clementis VIII. edito; & est praesertim contra Durandum 4. d. 13. quast. 3. ubi multis conatur ostendere, Sacerdotes noviter ordinatos non debere unam cum Episcopo verba consecrationis proferte ob periculum ejusdem; quia ratio, vel nunquam evenit, ut omnes simul terminent illam, ad quod inconveniens evitandum plures a Doctoribus excogitati sunt modi, qui patrum a Recentioribus referuntur, & ponderantur, & videri possunt apud eundem Gavarium q. 3. cit. cap. 2. nec ulterius in hac materia pergo, cum sit mere moralis.

QUESTIO DECIMA.

Quid sit sacramentalis praesentia Christi in Eucharistia.

214 Hic supponendo est, tanquam dogma Catholicum, in pluribus Conciliis definitum, Ephesino, Romano, Viennensi, Constantiensi, Florentino, & aliis contra quosdam Haereticos antiquos, & Recentiores, caeterosque sacramentalis sub speciebus Eucharisticis contineri vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem Christi, & non tantum in figura, signo, & virtute, ut illi commissentur detorquentes verum sensum Scripturae, Patrum, & Conciliorum, etenim haec catholica veritas nullam habet repugnantiā cum principis philosophicis, ut ostendit Doctor 4. d. 10. qu. 1. ex quibus supponimus, nullam esse implicitam, idem numero corpus esse in pluribus locis, & habere plures praesentias, sive hujusmodi praesentia sunt diversarationis scilicet, una circumscriptiva, alia definitiva, sive rationis ejusdem, scilicet plures circumscriptivae, vel plures definitivae, in hoc enim nullam esse implicitam de potentia Dei absoluta, jam ostendimus disp. 11. Physic.

Hoc supposito triplex oritur difficultas in proposito de praesentia Christi in Eucharistia. Prima est, quod cum duplicem praesentiam in Christo sacramentato considerare possimus, unam in ordine ad locum, in quo factus est consecratus, certum enim est, cum corpus, & sanguis Christi sub illis speciebus continentur, in eodem loco esse cum illis, alteram in ordine ad ipsas species, quibus dicitur esse praesens; est, inquam, difficultas, an praesentia, sacramentalis Christi ad locum specierum sit alia a praesentia, quam habent species ad eundem locum; Negant enim Vasquez, Albertinus, & alii ex Recentioribus, ac etiam Poncius ex nostris; alii vero communititer affirmant. Secunda Difficultas est, an praedicta praesentia sacramentalis Christi ad locum specierum sit sola negatio distantiae corporis Christi a speciebus, ut Nominales universaliter tenent de omni praesentia locali, eam explicantes per solam indistantiam, vel negationem distantiae unius rei ad aliam; an potius dicat modum, aut respectum quandam accidentalem, & positivum ab ipso corpore Christi distinctum, eique superadditum, ut fere communis opinio.

215 Tertia difficultas est de praesentia sacramentali Christi ad species, an praeter inseparabilem eorum praesentiam ex pacto divino includat etiam aliquam unionem physicam corporis, & sanguinis Christi sub speciebus; Negant Scotista, & Nominales; affirmant Thomista, & Recentiores, licet non eodem modo rem explicent; Aliqui enim affirmant, talem praesentiam sacramentalem, Christi ad species haberi per unionem physicam formalem similem illi, quam dicebat substantia panis, & vini, cum eisdem accidentibus deampta inhærentia, ita Cajet. Soto, Bellarm. Albertin. Paqualig. Averfa, Orlandus, & alii Recentiores; Quidam vero negant, inter corpus Christi, & species talem unionem formalem, & physicam intercedere, & solum admittere unionem quandam effectivam, seu per vim attractivam, qua unum trahit, & unit sibi alterum, sicut magis trahit ad se ferrum, & sibi copulatur retinetale, inquam, reale vinculum admittit inter species, & corpus Christi per efficientiam unius ad alterum, quod consistit in sola mutua efficientia corporis Christi in species, & corpus in corpus Christi; ita Suarez, Cardinal. de Lugo, Becanus, Caspensis, & alii Recentiores. Quarta tandem difficultas est, quae sit propria praesentia sacramentalis constitutiva Christum formaliter in hoc Sacramento, Aliqui cum Durando 4. d. 10. quast. 3. in fine, dicunt, praesentiam Christi sacramentalem referunt tantum ad ipsas species, sacramentales, non ad locum, vel spatium, in quo factus est consecratus, sicut species, & corpus Christi, alii cum Suarez disp. 47. sect. 2. significant, praesentiam sacramentalem Christi per se referri ad locum, seu spatium, in quo sunt species, spectantque ad praedictamentum. Vbi, & consequenter affirmant, sacramentalem praesentiam variari ad motum specierum.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Resolutio.

216 Quoad primam Difficultatem, Dicendum est, praesentiam sacramentalem Christi ad locum specierum esse aliam a praesentia, quam habent species ad eundem locum, Conclusio est Sc. 4. d. 10. q. 6. lit. E. ubi ait, Christum in Eucharistia existentem ad duo copari posse, scilicet ad species, quibus est praesens, & ad externum corpus, seu aeternum, seu illud cōtinens species, & in his quidem continentur in loco, in illis vero minime, nisi improprie, ut supra dixerat q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Lugos, Meratius, Averfa, Caspensis, Morandus, & alii Recentiores; Et quidem has praesentias esse inter se distinctas, etiam si ex praesentia ad species necessario inferatur praesentia ad locum, in quo sunt species, ex eo patet, quia una attenditur in ordine ad spatium, seu superficiem ambientem, alia vero in ordine ad species ipsas, quod si desinerent species consecratae, adhuc per se servare possent eandem praesentiam in ordine ad idem spatium, vel superficiem ambientem, quare necessario fatendum est, esse praesentias inter se distinctas, imò & abinvicem absolute separabiles, Constat, quia praesentia sacramentalis, quam dicit Christus ad locum specierum, est diversa rationis a praesentia ipsarum specierum ad eundem locum, haec enim est circumscriptiva, per quam species commemoratur loco, modo corporeo; illa vero est ad modum praesentiae definitivae, & modo spiritali, per quam totus Christus correspondet toti spatio a speciebus occupato, & etiam totus eulliber parti ejusdem spatio, vel corporis continentis, ergo praesentia Christi ad species est distincta a praesentia ipsorum ad locum specierum, ac etiam praesentia Christi ad locum specierum est distincta a praesentia, quam dicunt ipse species ad eundem locum, unde falsum est, quod ait Poncius, Christum esse in loco specierum per Vbi in ipsis subjectatum, quia tunc esset in loco circumscriptivè.

217 Sed dices, corpus Christi movetur per accidens ad motum specierum; ergo etiam locatur per accidens per praesentiam specierum, atque ideo sacramentalis praesentia Christi ad locum non est alia a praesentia specierum, assumptum patet, consequentia probatur, etenim ea ratione accidentia dicuntur esse in loco per praesentiam subjecti, quia moventur per accidens ad motum ejus; ergo si Christus in Sacramento movetur tantum per accidens ad motum specierum; erit pariter in ipsarum loco per eandem praesentiam specierum. Respondeo negando consequentiam, quia sicut quae moventur dicuntur per accidens, & secundario, adhuc moveri dicuntur per proprium motum in se receptum, licet non primo, & per se, quia moventur ad motum alterius; ita etiam locari dicuntur per propriam praesentiam; & ad probationem consequentia patet dico, omnia accidentia in subjecto moveri per proprium motum, licet non per se primo, quia moventur ad motum subjecti, & locari propria praesentia destituta a praesentia subjecti, ut constat ex dictis in Phys. disp. 1. n. 68.

Quoad secundam Difficultatem, Dicendum est, praedictam praesentiam sacramentalem Christi ad locum specierum esse aliquid reale positivum de novo superadditum, & ab ipso distinctum, & est modus quidam accidentalis respectivus specierum ad praedictamentum Vbi, Concl. est Sc. loc. cit. 4. d. 10. q. 6. E. & sequuntur communiter Theol. Suar. Lugo. B. can. Hurtado, Motand. Caspensis, Corneio, Orlandus, & quicunque contra Nominales affirmant, praesentiam localem esse aliquid superadditum rei locatae, quod dicitur praesens, dependetque ex dictis disp. 11. Phys. q. 3. ar. 1. ubi universatim statuitur, praeter rem locatam, & locum vere dari peculiariter modum praesentiae localis, qui dicitur Vbi, ut quid ex natura rei superadditum, quo formaliter res dicitur esse aliquid praesens localiter; Probatur autem ex eisdem principis, quia intelligi nequit corpus Christi esse loco specierum realiter praesens, ubi antea non erat nisi mutatio aliqua facta in Christi corpore illam novam praesentiam in se recipiendo; ergo est aliquid intermedium illi superadditum, Consequentia probatur, quia corpus Christi esse praesens sub illis speciebus, seu in loco illarum est aliquid reale, quod antea non erat, cum ergo non sit ipsum Christi corpus secundum se sumptum, importabit necessario aliquid reale ipsi superadditum; Solutiones autem, quae a Nominibus ad hoc argumentum afferri solent, loc. cit. refelluntur. Constat, quia modus, quo Christus sub speciebus consecratis existit, imitatur corpus, quo substantiae spirituales dicuntur esse in loco, nam corpus Christi sub illis dicitur esse totum in toto, & totum in qualibet parte; sed ille dicitur esse in loco per Vbi intrinsecum ipsi superadditum, ut dicitur est lib. 2. sent. disp. de Angelis; ergo idem dicendum de praesentia, corporis Christi sub speciebus.

218 Ex quo inferatur cum Sc. loc. cit. quem sequuntur Hurtad. Caspensis, & alii Recent. corpus Christi habere pro loco ipsum locum specierum, quia quasi continetur, & ambiat ab ipso, licet abque divisibili correspondentia, eo modo, quo Angelus ambi dicitur a superficie, in qua quam continetur; non tamen habet pro loco ipsas species, quia non proprie dicitur, ab eis contineri & am-

& ambi, sicut locatum continetur a loco, sed potius sibi invicem coexistunt, sicut substantia ipsa panis, & ipsa species, adeo quod corpus Christi non est sub speciebus, sicut locatum in loco, sed potius per modum substantiae ab ipsis occultatur, unde Christus continetur sub speciebus sumpto contineri, potius occultari, & non sumpto pro abiri; atque ideo idem continetur illa Christi sub accidentibus non est localis, quia localis continentia debet circumferre locatum a Christi penetratur cum speciebus; dicitur ergo contineri idem, esse sub eis, quod substantiae etiam comperit respectu accidentium, quia vere est sub illis. Addit tamen Doct. loc. cit. d. 10. q. 1. K. quod licet intima illa conjunctio Christi cum speciebus non sit respectus Vbi, quia non continetur ab eis, ut loco, est tamen respectus reducibilis ad genus Vbi, quia magno cum eo habet convenientiam, neque commodius ad aliud reduci potest, quam ad illud; Argumenta vero contra hoc assertum militantia jam pridem soluta sunt loc. cit. disp. 11. Phys. q. 3. etenim qui oppositum huius conclusionis tenent, non ideo hoc afferunt, quia de hac praesentia sacramentali Christi in Eucharistia speciale habet in difficultate; sed quia universatim sustinent, nullam praesentiam localem esse aliud superadditum rei, quae dicitur praesens.

219 Quoad tertiam difficultatem, Dicendum est, inter species & corpus Christi nullam physicam intercedere unionem, nec formalem, nec effectivam, sed solum realem, & inseparabilem praesentiam, quia Christus est indissolubiler species specierum; quae indissolubilis praesentia non ab aliqua formali unionem physica attendi debet, neque ab aliquo naturali, & necessario vinculo, sed solum a divina voluntate, quae decrevit, corpus Christi esse inteme praesens specierum, quousque esse specierum retineat, ita Doct. 4. d. 10. q. 6. concl. 4. cum tota sua Schola; Et probatur, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, nulla autem est necessitas ponendi aliam unionem, quam illam praesentiam a Deo consecratam, quam illi species manent, ergo Sc. Minor probatur, Primò, quia Patres, & Concil. praesertim Florent. & Trid. quae exactissime Christi existentiam in Eucharistia declarant, alius vocabulis non utuntur, nisi praesentia, vel continentia, ergo signum est, nullam aliam unionem inter Christum, & species esse necessitam. Deinde quia eo ipso, quod necessarium ex pacto Dei illa praesentia conservetur corporis Christi sub speciebus, necessarium etiam movebitur corpus Christi, motis speciebus, ut patet, & vis monstratur potest semper vere dici, Hoc est corpus Christi, quia corpus Christi sub eis continetur, ut magis patebit solvendo rationes in oppositum. Tandem, quia alia unio formalis physica non datur, nisi vel ut partium in continuo, vel ut formae in subjecto, quorum neutrum dici potest, quia licet species, & corpus Christi componerentur ad invicem, non tamen continuantur; nec accidentia ullo pacto corpori Christi inhærent, ut subjecto, nec illud taliter afficiunt, non enim dicitur quantum, vel album quantum, vel alibi in panis, neque est contra corpus Christi afficit species, cum nihil ab ipso recipiant, aliter non essent ibi accidentia esse inseparabiles, & inexplicabiles, quia se eludi possent omnes difficultates circa mysteria fidei contententes, quod est contra Apostoli monitum dicentis, nos esse debere paratos de illis rationem reddere, quantum fieri potest ex principis fidei.

Nec entia dici potest, esse unionem esse effectivam, ut alii committunt, qualem intercedere dicunt inter ferrum, & magnetem illud sibi copulante; nam in primis falsum est, magnetem ferrum trahere, aut succinum trahens paleas physice uniti ad invicem, nisi intima praesentia talem vocemus unionem; Tum quia neque Patres, neque Concilia nec quidem a longe indicant vim hujusmodi attractivam, neque in corpore Christi respectu specierum, neque in speciebus respectu illius, quod tamen mysterium tacere non debuit, cum esset valde mirabile in Eucharistia. Tum etiam quia nullam specialem operationem facit Christus in Euch. quam non exerceat in Celo, at in Celo talem vim attractivam non habet, aliter etiam ibi species haberet sibi unitas. Tum tandem quia talis unio effectiva, & attractiva corporis Christi sub speciebus fit per verba consecrationis, non vero per mutua actionem specierum, & corporis Christi ad invicem, & praeterea talis attractio est moralis, & non physica, nam motus attractionis physice fit semper cum aliqua violentia ex Arist. 7. Physic. 10. Nec dicitur juvat, in primo quidem instanti sacramentum fieri vi consecrationis; & post consecrationem per mutuam extremorum actionem unitivam conservari. Non juvat, inquam, quia decretum efficace divina voluntatis est sufficiens causa talis conservationis, esse conservatio accidentium extra subjectum potest physice a corpore Christi pendere, sed tantum a Deo, siquidem nulla creatura nec principaliter, nec instrumentaliter creare potest, ut dicta m. l. 2. sent. dist. 1. qu. 1. conservatio vero accidentium extra subjectum habet rationem creationis; Demum sola causa efficiens effectiva sufficiens non est ad denominandum Christi corpus unitum speciebus, & species illi unitas, casualitas enim effectiva non potest ex vi sua unionem effectivam cum causa, alioquin posset creatura dici Deo unita ex vi effectivae conservationis ab illo.

Resp. Adversarii proprie, & in rigore loquendo hanc unionem esse altioris, & eminentioris ordinis, quam sint omnes praefatae uniones, reduci tantum ad genus unionis accidentalis, illa scilicet, quom habet subiectum cum suis accidentibus, seclusa inherencia ipsorum in illo, ac proinde necessarium non esse, ut extrema se habeant tanquam actus, & potentia, cum species sacramentales non inhærent in corpore Christi, haec enim conditio, non videtur necessaria in omnibus unionibus praesertim supernaturalibus, ut patet in unione Verbi divini cum humanitate. Nec mirum esse debere, quod haec unio dicatur ineffabilis, & inexplicabilis, sic enim appellatur a Trid. sess. 23. cap. 1. ubi inquit, Christum esse in hoc Sacramento ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibile tamen esse Deo cognitione per fidem illustrata assiqui possumus; Et constantissime credere debemus, Tum tandem quia etiam in natura potest haberi aliquid exemplum, aut vestigium talis unionis absque inherencia, nam partes continui ununtur ad invicem unionem formalem, puta comites ab eque ratione actus, & potentiae, & absque inherencia unius in alia; & anima rationalis ponitur corpori, & tamen ei non innititur, neque inhæret, sed per se stat, quod igitur naturaliter accidit inter animam, quae est forma substantialis, & corpus, potest fieri supernaturaliter inter accidentia, & corpus Christi.

220 Sed contra quia excogitabilis non est unio physica accidentis cum subiecto, seclusa inherencia, nam forma apta inhæret, si dicitur subiecto alicui substantiali, habet, quod requiritur ad inherendum, id est quae valde difficultate solvari potest, quod accidentia sint physice, & formaliter unita Christo, & tamen corpus eius non efficiant, nec illi inhærent, licet enim actualis inherencia in accidentibus suspendi possit, dum separata manent, quando tamen sunt unita, non apparet, & possibilis, & est merum figmentum, quod dicitur aliqui, omnia subiecta habere quandam modum unionis cum suis accidentibus priorem ipsa inhærentia, & hoc naturaliter, si enim naturaliter ante inhærentiam accidentia essent fusi subiectis unita, in hoc illa omnino superflua esset. Neque ad rem facit exemplum de unione hypostatica naturae humanae ad Verbum, quia cum Verbum sit entitas infinita, non potest respectu naturae assumptae rationem habere nec actus, nec potentia. Deinde satis etiam inopere talis unio dicitur ineffabilis, & inexplicabilis, quia nihil potest admitti, neque ei ab intellectu, tanquam vero assenti, nisi vel evidenter se appareat, vel ex alio naturaliter cognoscibili deducatur, vel saltem ex aliquo credito, ut dicitur est lib. 3. sent. de Fide, sed haec uno, quae ineffabilis dicitur, neque in se est evidens, neque ex aliquo principio naturali conclusit, alioquin ineffabilis non esset, neque ex aliquo principio creditio sufficere deducitur, ex eo enim, quod Christus creditur accidentibus suis praesens non sequitur, quod sit ipsis physice unitus, si ergo nullo ex his modis talis unio est explicabilis, inopere inducitur ad hoc mysterium constitutum; hoc enim anam Haereticis praebet negandi possibilitatem mysterii, quod mentem nostram ad has angustias adducit, ut eius possibilitatem concipere nequeat. Neque Concil. Trid. loc. cit. modum, quo Christus est in hoc Sacramento sub speciebus contentus absolute appellat ineffabilem, sed dicit, quod quamvis difficile sit, & arduum verbis illum exprime, possibile tamen esse Dei cognitione per fidem illustrata assiqui possumus, quibus verbis significat, ex aliquo principio credito sufficere deduci posse. Denique falsum est in natura haberi posse aliquid exemplum talis unionis accidentium cum corpore Christi absque inherencia; nam haec connexio corporis Christi cum accidentibus est omnino dissimilis unioni partium continui, quia accidentia licet sint cum corpore Christi compenetrata, non tamen cum eo continuantur; & quod anima rationalis corpori unita non ei inhæret, ideo est, quia non est forma apta inhæret, si enim de se talis esset, statim ac esset illi unita, inhæretet, quia vis illa non inhæret, adhuc tamen illud afficit, & denominat animatum, & se habent per modum actus, & potentiae, ideoque neque talis unionem exemplum est ad rem; Et planè, cum unio hypostatica omnium difficillissima adnuc efficiat, sic, & capillibus per similitudinem ad alias quasdam uniones, ut dicitur est lib. 3. sent. d. 1. etiam & haec unio sacramentalis, si aliquid amplius importat praeter intimam Christi praesentiam sub speciebus, ut Adversarii contendunt, alioquin exemplis explicari deberet, & suaderi; quae cum non adfuit, potius scititia dici debet, & chimerica, quam ineffabilis, & inexplicabilis.

221 Hanc eandem assertionem probat Card. de Lugo alia ratione, quam etiam adhibet Branc. nosser, & alii putant urgentissimam; si inter corpus Christi, & species sacramentales intercederet aliqua vera, & propria unio physica, sequeretur, ubi cum ponitur corpus Christi, poni debere species sacramentales per concomitantiam, cum quibus physice unitis, atque adeo in singulis hostiis, & in Celo deberet, fecum habere accidentia aliarum hostiarum, quod patet, omnino ab absurdo esse; Consequentia probatur, quia omnis vera, & propria unio physica ita affigit ut utrumque extremum, ut exigat, quantum est de se, quod ubi cumque sit unum extremum, sit etiam, & aliud; hinc enim est, quod sub speciebus Eucharistiae, ubi ex vi verborum ponitur corpus Christi, ponuntur



ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur rationes adverse.

natur etiam per concomitantiam anima, & omnia accidentia, quae habet in Celo, quia mirum unio physica corporis Christi cum anima, vel cum illis accidentibus perit, ut nulli sine illis ponatur illud corpus. Hanc tamen rationem putat invalidam Orlandus d. 5. q. 3. quia licet unio physica naturalis exigat, quod ubique sit unum extremum, sit etiam & aliud unio tamen supernaturalis superioris, & eminentioris ordinis, sicut est illa, hoc non exigit; ut patet in unione Verbi divini cum humanitate, licet enim ubique; ponitur humanitas Christi debeat poni Verbum divinum, quod est illi unitum; non tamen ubique ponitur Verbum divinum, ponit debet humanitas Christi, nam hic est Verbum divinum, & non est humanitas; Ita & patet, licet ubi sunt species sacramentales, ibi sit etiam corpus Christi, non tamen, ubiqueque est corpus Christi, debent esse species sacramentales.

Verum nec recte dicitur ab argente, quod omnis unio physica ita alliget utrumque extremum, ut exigat, quod ubiqueque sit unum extremum, sit etiam & aliud; & male etiam conceditur a respondentibus, hoc verificari de omni unione physica naturali non verò supernaturali, nam unio animae rationalis cum corpore, & quicumque sit unum extremum, sit etiam & aliud, nam est in pede, & illi physice unita sine capite, & est contra, & sic in aliis partibus; itaque illa propositio, quando dicitur res sunt inter se physice unitae, ubi est una, necesse est, & alteram esse, verificatur solum, quando ta- lius unio est totalis, & aequata, non verò quando est inaequalis, ut diximus d. 1. a. phis. q. 2. in fine, unde Doct. 4. d. 10. q. 3. ad 3. monet hanc arguendi modum non tenere, dum res limitata comparatur illi alteri, quoad essendum in loco; Et sicut hac ratione argumen- tum non urget de humanitate assumpta, quia humanitas est inaequa- taque unita Verbo ob eius limitationem, nec de anima rationali, quia quilibet pars corporis humani est inaequatae illi unita ob e- jus limitationem in eorum informatione, sic patet eadem ratio ne dicent Adversarii, argumentum hoc in proposito non urgere, quia licet corpus Christi secundum suam esse naturalem sit limita- tum quoad essendum in loco, tamen secundum esse sacramentale est illimitatum, quia de causa ista, vel ille species sacramentales sunt illi inaequatae unitae ob talem limitationem. & ideo opus non est ut ubiqueque corpus Christi sacramentum reperitur, ubi est unita sint ei unio omnes alie species sacramentales; hac igitur pre- cepto de causa dicendum est argumentum hoc non urgere.

224 Quoad quartam difficultatem Dicendum est, praesentiam Christi sacramentalem per se primario, & intrinsece referri ad species sacramentales; concomitanter verò ad hanc praesentiam sacra- mentalem. Christus in sacramento habet etiam praesentiam localem ad quodcumque illud spatium, in quo sacramentales species repe- riuntur. Hac assertio colligitur ex Scoto loc. cit. & est communis in Scholis, & constat ex ipsis verbis consecrationis quibus exprimi- tur, & efficitur praesentia Christi in Eucharistia, non enim dicitur, Hic, id est, in hoc loco, sed dicitur, Hoc est corpus meum, id est, contentum sub his speciebus; ubi expressè constat praesentiam ex vi horum verborum expressam esse praesentiam, sive coniunctionem corporis Christi cum speciebus; non autem praesentiam localem ad illud spatium, in quo sunt ipse species; Hoc idem colligitur etiam ex modo loquendi Conciliorum, & Patrum, dum dicunt, huius sacramenti mysterium in eo consistere, ut ex vi verborum corpus, & sanguis Christi sub visibilibus accidentibus panis & vini continentur, illisque coniungantur; signum evidens, praesentiam Christi sacramentalem esse praesentiam, & coniunctionem cum ipsis speciebus, & non solum coexistentiam, & compresentiam localem in eodem spatio cum eis. Confitur, quia praesentia sacramentalis, quae principaliter ponitur ex vi verborum, semper manet eadem, quantumcumque species sacramentales de uno Ubi ad aliud Ubi transferantur simul cum corpore Christi, nec dici potest, in quo- que motu locali hostiae exercere novam actionem, sicut sunt illa, quae ab initio consecrationis facta est ad procedendum scilicet novam praesentiam sacramentalem, ergo hac praesentia sacramen- talis verè, & proprie loquendo est illa solum, quae intercedit, & ver- satur inter Christum, & ipsa species; atque ita unio sacramentalis quae Christus dicitur speciebus sacramentaliter unitus, in nullo alio posita est, quam in mutua, & reali praesentia, realique, sed non mutua contentione corporis Christi sub speciebus quibus ex infal- libili divine voluntatis decreto corpus Christi fit inseparabiliter & indissolubiliter praesens, & sub quibus realiter, & substantialiter continetur.

Altera verò pars assertionis, quod scilicet concomitanter ad hanc praesentiam sacramentalem Christus in hoc sacramento habeat etiam praesentiam localem ad quodcumque illud spatium, vel Ubi; in quo sacramentales species reperitur, satis de se patet, nec po- test in dubium revocari, constat enim, Christum in omni illo loco in quo sunt species, esse praesentem; & quando hostia consecrata de loco ad locum deferatur, constat, Christum non remanere in illo spatio, vel ubi, in quo antea erat, sed simul cum ipsa hostia transer- ri; hoc solum significare voluerunt Concil. & Patres, quos Sua- redducit loc. cit. ab initio quaest. pro parte opposita.

225 IN Oppositum contra tertiam assertum praesentiam Adver- sarii arguunt probando, hanc praesentiam sacramentalem, quae Christus est praesens speciebus, aliam physicam, & realem unionem includere ad illas; Primo quia sola praesentia corporis Christi ad species non est sufficiens ad salvandum omnia, quae de ipso dicuntur in hoc sacramento, quia de corpore Christi sub spe- ciebus affirmatur, quod sit impossibile cum substantia panis, & eius unione ad sita accidentia; sed hac impossibilitas non potest provenire ex mera praesentia corporis Christi, quia optime potest poni corpus Christi praesens sub speciebus panis, manente ipsa substantia panis, vel quia penetraretur cum illa, vel alio modo; ergo ad hoc, quod corpus Christi dicatur, quod sit impossibile cum substantia panis, est aliter ultra praesentiam ad species sacramentales aliqua unio physica cum illis; & hoc est praeci- puum Adversariorum fundamentum apud Suarez disp. 7. sec. 3.

226 Respond. huius fundamenti debilitatur etiam alioquo ex Adversariis agnovisse, unde Orlandus quoque loc. cit. fatetur, nihil concludere, quia licet de facto affirmetur de corpore Christi, quod sit impossibile cum substantia panis, & eius unione ad sita acci- dentia, tamen hac impossibilitas sicut per Adversarios ex me- ta praesentia corporis Christi provenire non potest, quia potest poni corpus Christi praesens sub speciebus panis, manente ipsa substantia panis, vel quia penetraretur cum illa, vel alio modo; ita dicemus hos, hanc impossibilitatem ex praecisa unione corpo- ris Christi cum speciebus non provenire, quia manente substantia panis, eiusque unione cum suis accidentibus, potest poni corpus Christi sub illis, vel per penetrationem, vel alio modo, ita ut etiam sit unitum cum eisdem accidentibus; non enim implicat, corpus Chri- sti esse unitum cum accidentibus etiam manente unione substan- tia panis cum illis, nam cum hac accidentia corporis Christi non inhaerent, quamvis sint unita cum illo, possunt quidem inhaerere substantia panis, & uniti ulterius cum corpore Christi sine actu- ali inhaerentia in ipso, in hoc enim nulla censetur repugnantia; Quod etiam ex eo patet, quia materia unita cum sua forma potest de potentia absoluta uniri cum alia forma, unio ergo unius for- mae non est essentialiter impossibilis cum unione alterius for- mae, ac proinde ex praecisa unione corporis Christi cum specie- bus non colligitur omnimoda impossibilitas illius cum sub- stantia panis; ita insitit Orlandus contra hoc commune fundamē- tum Adversariorum, & optime; Ad argumentum itaque dicen- dum est, de facto tantum, ut fiat hoc sacramentum, substantiam panis repugnare cum corpore Christi, absolute enim loquendo potuisset Deus aliter hoc instituire sacramentum, & tunc cum pane potest esse simul substantia corporis Christi; de facto igitur non ex natura rei, sed ex divina ordinatione corpori Christi in- dividibiliter sub speciebus existentibus coepit expellere formaliter substantiam panis, sicut ex decreto, quo velit Deus ad praesentiam Angeli in lapide destrueret formam lapidis, postquam Angelo in lapide, redderetur impossibilis illi, id est, quod ipsum expelleret.

227 Secundo arguitur, quia si non esset aliqua physica unio ultra praesentiam inter corpus Christi, & species, non potest intelligi quo- modo ad motum specierum moveatur etiam corpus Christi, illud enim quod est alicui praesens, non dicitur moveri ad motum in illis cui est praesens; aliquid ergo vinculum necessarium est inter corpus Christi, & species ad hoc verificandum. Similiter talis unio ad hoc ponenda est, quod si Christus demonstraretur per species, & dicitur, Hoc est corpus Christi, nam licet Angelus esset intime praesens speciebus, non posset dicere, Hoc est Angelus, sicut dicitur, Hoc est corpus Christi; Nec juvat dicere cum Scoto, inter cor- pus Christi, & species esse quandam inseparabilitatem ex pacto divino, ratione cuius omnia illa verificari possunt. Nam etiam si Angelus ponatur localiter sub speciebus cum firma voluntate non recedendi ab eis, non ad huc cum veritate diceretur: Hoc est Angelus; ergo aliquid aliud debet importare corpus Christi res- pectu specierum; & haec argumentum unice fidei Orlandus loc. cit.

Respond. neque hoc fundamentum esse solidius praecedenti, falsum est enim antecedens cum sita probatione plura namque ad aliorum passionem, motum, vel actionem dicuntur cum eis moveri, agere, & pati, quae tamen non sunt eis physice unita, sed solum praesentia; movetur enim musica ad motum rotae, cui non est physice unita, movetur homo ad motum navis, cui solum est praesens, & non physice unitus; deglutitur coriandrum sac- charo teatum, neque est ei unitum; movetur corpus energumeni, moto angelo, & alia huiusmodi, quae tamen non sunt physice unita cum illis, ad quorum motum moventur; ut ergo allata in antecedente verificentur, sufficit illa realis, & indissolubili praesentia, quae Christus est intime, & indissolubiliter praesens speciebus ex decreto infallibili, & efficaci divina voluntatis abque ulla alia formali unione physica.

228 Sed insitabis cum Adversa, & aliis, cum certum sit, ubiqueque collo-

collocentur species, & quocumque deferantur, ibi esse Christum, & quando manducantur, & sumuntur species, verè sumi ipsum Christum, dici non potest, hoc provenire tantum extrinsece ex pacto, & voluntate Dei, sicut si Angelus maneret in eodem loco cum lapide, & ego moveam lapidem, & Angelus pro sua volunta- te simul seipsum moveat, non autem ex colligatione aliqua cum ipso lapide; potius fateri oportet, id intrinsece provenire ex ali- qua colligatione Christi cum ipsis speciebus similis illi, quae sub- stantia panis illis accidentibus colligata erat, in hoc enim sacra- mentum quod salvat, quod Sacerdos ipse moveat, & deglu- tiat corpus Christi, sicut non diceretur corpus Christi pro substantia panis, movendo lapidem, cui Angelus est tantum praesens, fed tantum esset conditio, quae posita Angelus ipse se moveret, unde nec prop- ter diceretur sacerdos elevare corpus Christi, neque illud ad in- firmos deferre, aut in processione, quod est contra veritatem, & modum loquendi sacrorum Canonum.

Resp. negandum assumptum cum eius probatione, imò dicit Doctor, quod si Angelus voluntarie se faceret praesentem lapidi, & decreverit ut lapide non recederet, quousque lapis in esse lapidis permaneret, sicut tali decreto non posset moveri lapis Angelo im- moto, nec unum ab alio separari posset, & ubiqueque esset lapis ibi esset, & Angelus abque ulla strictiori unione, quam sit intima lo- calis praesentia ex actu fidei voluntatis orta; sic igitur in propo- sito, posito divine voluntatis decreto, quod decrevit Deus, corpus Christi esse realiter, & intime praesens speciebus, quoque permaneat, & posita tali reali, intima, & indissolubili praesentia, eo ipso sequitur, illas species esse signum infallibile continentiae reals corporis, & sanguinis Domini, abque alia unione magis in- trinseca, & uno modo moveri & aliud. Ad Conf. inquit, Deam esse, qui physice movet corpus Christi ad motum specierum a sacer- dote factum; sacerdos autem moraliter movet corpus Christi ad motum specierum, quia ex eadem voluntate, quae Deus voluit, semper esse praesens corpus sub speciebus, sic etiam assistit, ut mo- veatur corpus ad motum specierum; ponitur autem Sacerdos mor- taliter movet corpus Christi, quia dicitur, ex quo sequitur concomitantem motus corporis Christi divina virtute, unde ita verè, & proprie dicitur Sacerdos movere, & elevare corpus Chri- sti, licet dicitur consecrare, quamvis utrumque moraliter tantum exerceret, non actione physica, de qua solum hic agitur; Et hoc rursum eodem exemplo Angeli & Doctore adducit potest declarari, quia ita Angeli decreto, & proposito de continuata sui praesentia cum lapide, si lapis deorsum tendit, secum traheret Angelus, quoque ad centrum, non quidem physice, sed moraliter, & dispo- sitione ex Angeli decreto; ita, inquam, in proposito corpus Chri- sti in Euch. physice, & effectivè a Deo movetur, Sacerdos verò, & species dicuntur illud movere, & secum trahere dispositivè tan- tum, & moraliter, quatenus sunt tales res, quibus praesens Christi corpus semper tenere, quousque durat in esse specierum Deus decrevit, sive sint in motu, sive in quiete, de quo videri potest Aretius d. 4. l. 6. a. 2. & qua dicitur infra q. 14. ar. 2. n. 349.

Ad aliam Confirmationem argumenti principalem dicendum etiam, quod si solus Angelus esset sub speciebus, & quidem praesentia intima, & indissolubili, manentibus speciebus, sicut est de praesentia corporis Christi, his demonstratis adhuc verè diceretur: Hoc est Angelus, quia per hoc non intelligitur aliud, quam quod il- lud, quod est sub speciebus, sit Angelus, & quod contentum sub his accidentibus est Angelus; ad hoc enim factis est, quod Ange- lus verè, realiter sub illis accidentibus continentur, abque alia maiore unione; & tam potest hoc affirmari, si sit solum praesens, perinde ac si esset etiam unitus, non enim unio facit identitatem illam, quae per eam propositionem est: Hoc est Angelus, significari videtur, nam ex hoc, quod anima sit unita corpore, non adhuc ostendo corpore verificari, quae hoc propositio; Hoc est anima, quia ergo propositio illa significat solum continentiam Angeli sub spe- ciebus, ita verè, & proprie verificaretur per solum Angeli praesentiam, & contentiam sub speciebus abque unione maiorem.

Tertio arguitur, accidentia Eucharistica ita sunt accidentia Christi sacramentali, ut illam reddant sensibilibus, & demonst- rabilem non minus ac prius reddunt sensibilibus, & demonst- rabilem panem, & vinum, sicut enim dicebatur ante consecrationem; hic est panis, hoc est vinum, ita post consecrationem dicitur, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus; item ut multa fides pre- dicata propria illorum accidentium, ut moveri, manducari, frangi, dividi, & id genus alia, quae illi species movetur, manducantur, franguntur, dividuntur, &c. ergo inter Christum, & species da- tur vera unio formalis, & consequentia probatur, quia nullo pacto proprie loquendo salvantur praedicti effectus per solum unionem talis idiomati communicatio esse vera inter Christum sacramen- tali, & illa accidentia, quae succedunt loco panis, & vini sub illis; ergo debet dicere illud genus praesentia sub illa ratione cuius ca- tum illa praedicta dicebantur de pane, & vino, non est autem alia quam unio formalis, ergo praesentia sacramentalis Christi ad

species habetur per unionem formalem, & huic argumento spe- cialiter fidei Morandus tract. 3. qu. 10.

229 Resp. concessio utroque assumpto negando consequentiā; posito enim decreto divine voluntatis, quod decrevit, corpus Christi esse realiter, & intime praesens speciebus, & posita hac rea- li, intima, & indissolubili praesentia, statim sequitur, illas species esse signum sensibile continentiae reals corporis, & sanguinis Chri- sti sub eis, sicuti antea erant signa sensibilia continentiae substan- tia panis, & vini sub eis; ac etiam verificari de corpore Christi pre- dicata illa propria accidentium, ex illa liquidem intima, & indis- solubili praesentia optime fit, ut visis, tactis, motis, & fractis speciebus, dicatur etiam corpus Christi moveri, tangi, videri abque ulla alia formali unione; & iam diximus supra num. 227. plura dici ad aliorum passionem, motum, & fractionem, pati, moveri, & dividi, quae tamen non sunt physice unita, sed solum intime praesentia, quorum exempla ibi sunt allata; cui etiam ac- cessit, quod aliqua dicuntur de Christo ratione specierum per mera terminationem, nec enim Christus, vel corpus eius frangi- tur, & dividitur, fed species iuxta illud, quod legitur in sequen- tia Missae, signum tantum sit fractura. Ad confirmationem, succedit utique corpus Christi sub accidentibus panis loco sub illis, quae sed- nos in omnibus, ita ut omnia munia exercet sub eis, quae sub- stantia exercebat, alioquin suppleret etiam vicem subiecti, cum non sit maior ratio de hoc supplemento, quam de illis, dicitur ergo succedere loco substantiae panis, quatenus constituitur intime praesens sub illis accidentibus, sub quibus erat substantia panis, cum hoc discrimine, quod substantia panis erat eis physice unita, non verò corpus Christi, quia unio accidentis ad substan- tiam fit per informationem, & inhaerentiam; & ita hic intima, & indissolubili praesentia sufficiens fundatur illa idiomata, vel praedicatorum communicatio, ut iam declaratum est.

30 Quarto arguitur, quia si nulla admitteretur unio physica inter species, & corpus Christi sub eis contentum, non salvantur verba Dam. lib. 4. de fide c. 14. dicens, Deum commixisse divinitatem suam panis, & vino, & esse eorum, & sanguinem suum. Tum 2. ex capit. Firmiter de summa Trinitate, species continent corpus & sanguinem, ita quod ab eis nequeat separari; ergo sunt physice unita. Tum 3. quia Corpus, & species unum constitunt sa- cramentum; ergo inter ea vera, & physica intercedit unio. Tum tandem, quia Concilia, & ineffabilem, quam verbis vix ex- primere possumus, ut loquitur Trident. sess. 13. c. 1. fidei praedicta praesentia non importat supra propinquitatem ad species, nisi quandam unionem moralem ex pacto. Deo movetur corpus, & sa- guinem Christi ad motum specierum, ut ait Scotus, quid admittat esse diceret praesentia sacramentalis, ut verè inexplicabile.

Resp. Damasceni verba optime etiam salvantur in sententia nota- tra; ergo enim ipsos, quod Christus corpus est praesens speciebus panis & vini, verè est illis intime, & mathematicè conjunctum, quavis non physice. Ad secundum negatur consequentia, nam quae sunt percepta ab infernali igne detenti, & ab eo non sequi, fari, nec tamen sunt ei physice uniti; non ergo ex eo, quod species ita corpus, & sanguinem Christi continent, ut ab eis separari nequeant, necessario deducatur aliqua unio physica inter illa, sed solum quod Dei decreto sint eis indissolubiliter praesentia, quam illa durat. Ad tertium negatur consequentia, quia ad unitatem sacramenti Eucharistiae sufficit, Christum esse intime realiter, & substantialiter speciebus praesentem, & species esse signum sensibi- bile, & infallibile talis praesentiae; & quavis hoc factamentum ex his duobus constat, scilicet speciebus, signo, & corpore, ut signato; negatur tamen illud esse verè, & proprie oppositum sic, quod inter illa aliqua vera, & formalis unio intercedat; unde po- tius faciunt unum unitate aggregationis, quam compositionis, quia accidentia panis in Christo non subiectione. Ad ultimum patet ex dictis supra n. 222. quod Concilia, & Patres praesentiam Christi in Eucharistia appellat quidem ad mirabilem, nam valde admirabile est, quod corpus quantum continentur ibi modo in- extenso, & spiritali, & quod ex infallibili divine voluntatis de- creto sit indissolubiler, & inseparabiliter speciebus praesens, quousque durat; non tamen appellat verbis inexplicabilem, ac penitus ineffabilem, ut inquit Adversarii.

231 Quinto tandem arguitur, talem unionem poni debere effecti- vam, si non potest poni formalis, quia talis unio effectiva est possi- bilis, & sufficienter explicari potest. Primo autem eius possibilita- tem ostendit Sua. loc. cit. quia species conservatur effectivè sine subiecto per singularem actionem, quae supplet defectum sub- iecti; sed hanc actionem potest Deus abire per corpus Christi, tamquam per instrumentum, cum non repugnet; ergo possibilis est huiusmodi unio effectiva. Deinde eius possibilitatem ostendit Lu- gus disp. 6. sec. 2. & Caspensis disp. 3. sec. 3. quia corpus Christi con- currit ad conservandas species non solum, ut causa instrumenta- lis, ut aiebat Suarez, sed loco substantiae panis, quae antea illas con- servabat, illius vices gerens, duplicem autem causalitatem exer- cet substantia panis circa sua accidentia; alteram materialè termi- nando



ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Resolutio quoad primam partem.

nando subiectivè inhaerentiam illorum, alicam efficientem, per quemdam specialem modum efficientiae, quo extrinseca agentia illa non possunt conservare; hoc ergo secundo modo corpus Christi dicitur conservare species, & succedere loco panis, scilicet imperfecte inhaerentè, & hanc unionem effectivam habet cum eis. Tandem Bernal. disp. 32. sec. 2. ejusdem unionis effectivae possibilitatem declarat, quia consistit in actione quadam productiva corporis Christi sub speciebus dependenter ab illis, quae actio est ratio, quae species uniantur cum Christo.

232 Respondetur negando maiorem, quia ut dictum est lib. 2. sent. disp. 1. qu. 1. repugnat, creaturam assumi, ut instrumentum physicum creationis, conservatio autem accidentiū extrā subiectum se habet per modum creationis, ut supra dictum est; Ad secundum, neque secundus ille dicendi motus sufficienter ostendit huius unionis effectivae possibilitatem ob eandem rationem, quia conservatio accidentium extrā subiectum se habet per modum creationis, & ideo corpori Christi convenire nequit; tum quia, ut supra dicebamus n. 22. i. causalitas effectiva non postulat ex vi sua unionem effectivam cum causa, nisi intermedium ratione causalitatis materialis annexat; ut contingit in qualibet substantia respectu accidentium, ipsam naturaliter consequentium, & ideo per se, solitarie sumpta sufficiens non est ad denominandum corpus Christi unitum speciebus, & species illi unitas; tum tandem quia falso supponitur, accidentia conservari a corpore Christi, cum immediate conserventur a Deo, neque quo ad hoc corpus Christi in Eucharistia substituitur loco substantiae panis; scum enim conservatio sit eadem realiter cum productione, ex Scoti quol. 12. poterat utique substantia panis illa accidentia conservare, quia etiam illa primo produxit; sed corpus Christi nunquam illa produxit; & ideo illa conservare nequit, neque in hoc munere vices panis gerere, Ad tertium, nec etiam tertius ille dicendi modus sufficienter salvat huius effectivae unionis possibilitatem, dum eam constituit in actione productiva corporis Christi dependenter à speciebus; nam primo falso supponitur, Christum poni sub speciebus per substantialem reproductionem, ut patet inferius; & etiam hoc dato, falsum esse produci dependenter à speciebus, cum nullam casualitatem effectivam circa Christi corpus exercere possint, nec autem consecrationem, nec post; Et tandem data etiam huiusmodi dependetia, non adhuc ex ea sufficienter deduci potest unio physica inter illa, quia non omne dependens in fieri ab alio, est praesens, & immediatum ei, à quo dependet, est illi unitum, ut patet de lumine respectu corporis luminosi, à quo dependet in fieri.

QUESTIO UNDECIMA.

Qualis sit praesentia Christi in Eucharistia, & an hoc dependeat à modo existendi naturaliter in se ipso.

233 Quaestio duas habet partes; Prima quaerit, quomodo possit existere Christus totus in toto, & totus in qualibet parte sacramenti, & ratio difficultatis est, quia vi huius praesentiae corporis Christi fit indivisibiliter praesens sub speciebus divisibilibus, quod corpori repugnare videtur, cum hoc sit proprium spiritus; mens enim capere nequit, quomodo Christus cum tota sui corporis mole, & magnitudine sub tam modica specierum sacramentalium mensura, imò & sub qualibet eorum minima parte existeret, unde haec est una, & principalis ex praecipuis huius mysticis difficultatibus; & quamvis haec veritas sit de fide in pluribus Conciliis determinata, & praesertim in Flor. in decreto unionis Armenorum, & in Trid. sess. 13. canon. 3. adeo tamen difficilis est explicatu, ut Amicus disp. 19. sec. 11. decem de hac re referat sententias, vel dicendi modos, quibus omnibus illustratis proprium aperit, quem nec sibi planè fatistacere ingenuè fateretur, quos singulos referre, & examinare nimis operosum esset, sed satis erit modum dicendi Doct. 4. dist. 10. qu. 1. declarare, qui sine dubio est omnibus facilior, & probabilior, ut patet.

Circa alteram quaestionis partem Cajet. 3. par. q. 76. ar. 2. contendit, modum existendi sacramentalem necessarium, & intrinsecè pendere ex modo existendi naturalis, ita ut sine illo esse non possit; & oppositam sententiam vocat chimericam, quod etiam antea docuerunt Paludanus, Altiifidorensis, Palaeus, & alii antiquiores; quam etiam cum moderamine tamen, & distinctione tuerent nonnulli Thomistae dicentes, dependere quidem in se, sed non in conservari, hoc est, non posse fieri de novo Christum praesentem in Eucharistia, nisi supposito existentia naturali in seipso; posse tamen postea conservari, etiam si ex hypothese desineret esse in seipso. Scotus verò e contra docet, praesentiam corporis Christi sub Sacramento non dependere necessario ab existentia sui ipsius sub modo naturali, sed indifferenter potuisse corpus Christi unumquemque illorum modorum existendi sine alio habere, ita Doct. 4. dist. 10. q. 4. quem sequuntur non solum Scotista, sed omnes fere Recentiores, Suarez, Vasq. Coninch. Ledesma, Caspenus, Avela, Lugo, Amicus, Becanus, & alii passim.

234 Quaestio quoad primam partem, omittis aliis dicendis modis resolvitur debet juxta dicta dist. 11. Physic. q. 8. concl. 2. ubi statum, posse corpus expoliari à Deo suo cōnaturali modo existendi in loco, & ibi indivisibiliter poni ad modum spiritus; ita enim ex instituto probat Doct. ad ostendendam huius mysticis possibilitatem 4. d. 10. q. 1. M. & 49. q. 16. C. ubi ostendit, posse Deum impedire effectum naturalem corporis replendi locum, & consequenter ipsum private positione de genere sitis, quae est materialis illa commensuratio totius corporis ad totum locum, & partium eius ad partes istius; eo autem ipso quod corpus non est in loco divisibiliter, cōsequenter divina virtute manet in ipso indivisibiliter ad modum spiritus. Non autem ob id Doct. intendit, hanc sacramentalem Christi praesentiam sub speciebus consistere in sola extensionis localis negatione, ut Vasquez intellexit videtur disp. 191. n. 13. nam ut bene arguit Amicus loc. cit. ex praecisa localis extensionis negatione tantum sequitur negatio localis divisibilitatis, non autem positiva indivisibilitatis, quia puta negatio effectum formalem positivum tribuere nequit, corpus autē Christi non tantum est non divisible, sed etiam positive indivisibile sub quavis specierum parte; intendit ergo Doct. hanc praesentiam sacramentalem esse modum supernaturalem corpori Christi superadditum, ut cuius totum corpus fit praesens sub quavis parte specierum, ut declarat ibidem. Sed quia dum est, an Christus in Sacramento unam proprie habeat praesentiam, qua constituitur totus in toto, & totus in singulis partibus sacramenti, nam potius plures habeat praesentias, quibus ad singulas sacramentalis partes totus referatur, pro huius declaratione.

235 Secundo dicendum est, Christum in hoc Sacramento non habere unam proprie praesentiam, qua constituitur totus in toto, & totus in qualibet parte sacramenti; sed esse ibi ita per totam hostiam diffusam, ac omnes eius partes per totam praesentiam, quot sunt illae partes. Conclusio est contra Avelam q. 4. sec. 3. & contra alios Recentiores, & pendet ex dictis dist. 11. Physic. loc. cit. n. 118. ubi modum, quo concepti possit res corporea esse in loco indivisibiliter, declaravimus ex opposito modo, quo res corporea potest esse in loco divisibiliter, sicut enim Angelus licet in se sit indivisibilis, constituitur tamen in loco divisibiliter indivisibiliter, quia tot fundat in se praesentiam, quot sunt partes loci proportionales, quae quia sunt divisibiles ex parte loci, & ad diversas eius partes terminatae, ideo Angelum constituant in loco divisibili; & quia sunt indivisibiles ex parte subiecti, & proinde singulae in toto subiecto ideo Angelum constituant totum in toto loco, & totum in singulis eius partibus; Ita ex opposito licet corpus sit divisible, plures tamen praesentias fundare potest iuxta pluralitatem suarum partium proportionalium, quarum singulae ad idem spatium terminantur, & sic omnes eius partes eunt eidem spatio praesentis indivisibiliter, etiam puncto, si ille singulae praesentiae ad idem punctum terminari supponatur; ergo non repugnat, corpus esse hoc modo in loco indivisibiliter ad modum spiritus, cum hoc solo discrimine, quod licet praesentia corporis, & spiritus in tali casu conveniret quoad rationem respicienti locum indivisibiliter, adhuc tamen differret, quia praesentia corporis foret adhuc divisible ex parte subiecti, non autem praesentia spiritus, & ratio est, quia implicat, subiecto divisibili inherere accidentis spirituale, & indivisible; ita verbatim discurreramus ibi de hoc puncto.

236 Sic igitur dicendum in proposito, quod quamvis concedatur Christum esse semel in tota hostia, sicut & Angelum in suo loco adaequato, & animam in corpore, quatenus non est ibi per iterata totius sui esse replicationes, sed per unam duxtaxat, & quasi continuam totius sui esse diffusionem; tamen non est ita semel in tota hostia constitutus, & singulis eius partibus ut per unam praesentiam actualem sui omnibus constituitur praesens; sed est ita per totam hostiam diffusus, & omnes eius partes proportionales per totam praesentiam, quot sunt illae partes, ac etiam indivisibilibus; & ratio praecipua est, quia si per unam duxtaxat praesentiam esset illis omnibus praesens, quociescumque consumitur aliqua particula hostiae, & cessat Christus esse illi praesens, desinere etiam praesentia eius ad alias, cum ponatur esse praesens toti hostiae, & singulis eius partibus per unam numero praesentiam; hoc autem falsum est, quia amittendo praesentiam ad hanc partem, non ob id amittit praesentiam actualem ad alias, sed semper manet esse acta praesens sine ulla penitus interruptione, quousque manet; non ergo per unam tantum praesentiam, sed per plures constituitur sub speciebus praesens, & sub singulis eius partibus; illa verò totalis praesentia, qua Christus dicitur toti hostiae praesens, & singulis eius partibus in eo sensu dici debet coponi ex aliis praesentis ad partes hostiae terminatis, quatenus non est nisi tota aggregatio illarum, ratione cuius dicitur Christus totus, & totaliter hostiae praesens; quod nequit sibi convenire, ratione cuius illarum

singillatim, per eam enim utique totus constitueretur in illa parte hostiae, ad quam terminatur, non tamen totaliter, ut jam notavimus disp. 11. Physic. cit. num. 124.

237 Dices, praesentiam unius partis corporis Christi v. g. capitis non posse facere praesentem partes loci alias partes, scilicet manum, vel pedem, sed praesens illam partem, in qua fundatur, si enim poneret totum Christi corpus in ea parte loci ad quam terminatur sicut facit praesentia totali, sicut jam patet aequatur toti.

Resp. assumptum esse verum loquendo de partibus corporis, ut servant inter se positionem de genere sitis, non autem si tali sint positione demodata, ut event in casu nostro, cum enim tunc una pars non sit extrā aliam in ordine ad locum, praesentia unius ad unam loci partem potest idem facere praesentem aliam quoque partem, ut docet Doct. d. 10. cit. qu. 1. in fine in sol. ad 3. prin. quod erat tale; aut in Eucharistia est pars corporis Christi extrā partem, aut non, si sic, ergo non esset omnes partes si nul sub eadem parte hostiae; si non, ergo corpus Christi ibi non erit quantum; Cuius argumentum respondet Doct. loc. cit. concedendo, quod pars est extrā partem, prout ly extrā respicit per se ipsa partes corporis, & requiritur ad positionem, quae est differentia quantitatis, sed prout extrā pertinet ad locum, si pars non est extrā partem, id est non est extrā illum locum, in quo est alia pars; nec hoc sequitur, quod totum non sit quantum, quia totum quantum habens eodem modo suas partes extrā finivale in toto potest habere unam praesentia sui, & omnium partium ad aliquo unum extrā indivisibile, vel quantumcumque modicum divisibile, ita quod non est ibi alia praesentia alii parti; & alia alii, ita Doct. ibi, neque ex hoc sequitur, singulas harum praesentiarum toti aggregationi illarum adaequari, & ita partem toti; quia licet singulae aliarum sint totales ex parte subiecti, quatenus per singulas totus Christus constituitur praesens; non tamen sunt totales ex parte termini, quia singulae non terminantur ad totum locum, sicut etiam hostiam, sed ad singulas illius partes, ac proinde per singulas dicitur totum Christus in illis hostiae partibus, ad quas terminantur, non tamen totaliter, ut etiam dicebamus loc. cit.

238 Tertio dicendum est; ita totum Christum esse in qualibet parte specierum, ut nulla quantumvis minima, & minutissima excipi debeat; ita expressit Doct. d. 10. qu. 1. in fine, & est communior inter Recentiores, & probatur, quia substantia panis, & vini praesens sub omni tali parte; ergo etiam substantia corporis, & sanguinis Christi post consecrationem; consequentia patet, quia corpus, & sanguis Christi succedunt loco substantiae panis, & vini. Confirmatur, quia esto etiam non in qualibet minima parte separata conservari possit substantia panis, aequae adeo neque corpus Christi tamen sicut dicitur omnes partes vice sunt, in qualibet conservatur substantia panis, ita post consecrationem adest tota substantia Christi. Ex quo sequitur, esse etiam sub omnibus accidentibus partibus tam communicantibus, quam incommunicantibus, sive tam equalibus, quam proportionibus, quia sub his est totus omnibus extra substantiam panis, & vini aut consecrationem. Nec refert, hinc sequi, infinitas fore praesentias, quia infinitae sunt in propria Disp. nam, ut dixi dist. 11. Physic. cit. qu. 8. hanc infinitas praesentiarum in proposito novam difficultatem non ingerit, nec ab ea divergat, quae fieri solet de infinitate partium contenti, quare solvi debet, ut illa alia difficultates vidi ibi solutas.

Dices, Christus est praesens omnibus specierum partibus etiam minimis, dum modo sint sensibiles ex Scoti d. 18. q. 9. A & ratio est, quia ex vi verborum ponitur sub accidentibus, & eorum partibus, & ponitur sacramentaliter; partes vero duntaxat sensibiles possunt esse sacramentales, sive signum sensibile rei sacrae, ergo nequit esse sub omnibus proportionibus, quum plurimae verus minimae sunt insensibiles, ut patet procedendo in divisione continui, quae possit saltem à Deo fieri, vel ab Angelo.

239 Respondetur negando consequentiam, quia qualibet pars proportionalis quantumvis minima, ut alteri conjuncta est sensibilibus, licet seorsum non esset sensibilibus, quia neque nata est terminare, neque vivere sensum, nam minima ille particula, quando faciunt unum inter se, aut cum aliis, sunt sensibiles, & continent Christum, quia divisible aditum divisibile, facit majus, & quantum quanto, ut explicatum est supra qu. 5. ar. 2. n. 130. tractando de de magnitudine, & paritate materiae cōsecrandae; Ex quo deducitur, Christum esse sub omnibus partibus sensibilibus etiam minimis, & consequenter nullam esse ibi partem insensibilem ut est in toto, & compositum cum aliis, ut bene notavit Hiquens d. 10. q. 9. ab initio in Commentario, extrā tamen posita, si sit aliqua possibilitas non sensibilibus, non continet Christum, sicut neque in toto sub hac ratione insensibilis continet Christum, sed quia sensibilibus erat; Hinc patet, nec rectè, nec consequenter Brancanus loqui d. 20. ar. 12. dum conel. 2. statuit, ut corpus, quam sanguinem Christi esse sub omnibus partibus accidentium, tam communicantibus, quam incommunicantibus, tam divisibilibus, quam indivisibilibus (quod ultimum est etiam minus philosophice dictum, si loquatur de partibus, quia in quantitate, & continuo nulla datur pars indivisibilis

ut dictum est in Physica disp. de continuo) & possea in conel. 4. negat, esse sub omnibus eorum partibus, sed tantum sub sensibilibus, quia sub illis partibus tantum Christus est praesens, in quibus si solitarie existerent, Christus adhuc sacramentaliter remaneret, quae esse non potest nisi sensibilibus. Hoc, inquam, nec rectè, nec consequenter dicitur, quia ut dictum est, nulla pars quantumvis minima est insensibilis, ut est in toto, & compositum cum aliis; tum quia si aliqua etiam est ibi insensibilis, etiam sub ea necessario Christus contineri debet, cum ex ista conclusione prima continuatur sub omnibus partibus accidentium partibus, tam communicantibus, quam incommunicantibus; Tum tandem quia falsum est, Christum sub illis partibus tantum esse in hostia praesentem, in quibus si solitarie existerent, adhuc sacramentaliter esset; nulla facta mutatione praesentia in ipso, quae est eadem ratio de parte in toto, & cum alia conjuncta, & extrā totum, ac solitarie sumpta, nam cum in primo statu sit semper sensibilibus, potest continere Christum, non autem in secundo statu; Quando autem Concil. Florent. & Trid. dicunt, totum Christum sub qualibet parte specierum consecratarum panis, & vini etiam post divisionem, & separationem facta realiter contineri; loquuntur de parte sensibili, naturaliter enim conservari non potest tam parva particula, quae aliquo sensu percipi non possit; & homo nequit progredi in divisione quantitatis, nisi in partes sensibiles, quia sic tantum applicat, & potest divisum ejus.

240 Quarto dicendum est, dentur indivisibilia in continuo, ut fore communior, & peribateria opinio, in his omnibus, & singulis constitui debet corpus Christi; ita Doct. loc. cit. dist. 10. qu. 1. in fine, & quavis à quibusdam proposita citatur sententia dist. 10. ar. 9. sub A. ibi tamen non loquitur definitivo, sed ad hominem arguendo, & non ex propria, sed ex aliorum sententia, ut etiam Gavariis advertit disp. 6. q. 6. alioquin sibi expressè contradiceret; quare Hiquens, & Brancanus oppositum sentientes de mente Doctoris hac mori, & citate leviter nituntur fundamentum; Probatur, quia ibi post consecrationem corpus Christi reperitur, ubi praesens substantia panis, vel saltem aliquid ejus, sed aliquid substantiae panis erat sub indivisibilibus quantitas aut consecrationem, ergo & corpus Christi, minor probatur, quia si sub indivisibilibus quantitas non esset indivisibilia substantia, ut dixit Vasq. disp. 189. c. 4. sequeretur duo incoincidentia, primum est, quod naturaliter loquendo daretur accidens sine subiecto, indivisibile nimirum quantitatis, alterum est, substantiam panis non esse continuam, & unitam, sed interruptam, & divisam substantialem, non enim continuatur partes substantiae per indivisibilia de genere quantitatis, quia partes substantiae materialis prius naturae foret in vicem continue, quam sint subiectum quantitatis; concedendum est ergo, in substantia esse quaedam indivisibilia entitativa, quae indivisibilibus quantitatibus correspondent, ut dictum in Physicis.

Respondet Hiquens 4. dist. 10. q. 9. n. 13. probabilis esse, non admittere huiusmodi indivisibilia substantia, quia neque ad subiectandum indivisibilia quantitates sunt necessaria, cum hec in ipsis partibus subiectentur; neque salvari possent commode, quomodo etiam non conveniret substantiae per se extensio, si haberet illa indivisibilia, quia conveniret ei descriptio quantitatis, ut habere partes copulatas termino communi, sed quae quid sit, saltem indivisibilia substantiae non sunt substantiae, sicut neque indivisibilia quantitatis sunt quantitates, & consequenter non sunt materiae convertibiles; Ad id Brancanus disp. 2. ar. 12. n. 287. rationem esse ad oppositum, quia substantia panis non adequatè correspondebat indivisibilibus quantitatibus, sed ratione suorum indivisibilium; cum igitur Christus succedit panis, quia non est in illis accidentibus per correspondentiam partium ad partes, & indivisibilitatem ad indivisibilia, sed per ordinem totius Christi ad totam speciem, & totius ad singulas partes sensibiles; in hoc tantum succedit panis, quod scilicet totus erat sub totis accidentibus; ita & Christus; in aliis autem modis essendi non succedit, quia est ibi sacramentale, & sub signo, quot ergo sunt partes, quae facere possunt singulare sacramentum, & tot sunt replicationes praesentiae Christi sui eis.

241 Sed solutio Hiqui funditus habuit ex dictis disp. 9. Physic. q. 1. ubi ex instituto demonstravimus, dari huiusmodi indivisibilia substantia, quia substantia scilicet quantitate suas habet partes entitativas, & consequenter ex partibus integrantibus, & extensivis est composita, ac propriis indivisibilibus continuatis, in quibus indivisibilia quantitates subiectantur, non autem in partibus quantitatis, quas copulant; quia quantitas licet subiectare valeat qualitatem, non tamen aliam quantitatem, aut aliquid ejus, sicut est indivisibile ipsum; & pars lineae, quae medio puncto, cum alia parte continuatur, non est proportio numerum ejus subiecta, quae est aliquid modo divisibile, punctum autem est omnino indivisibile; Et gratis concedimus, substantiam materialem antecedenter ad quantitate propriam habere extensionem entitativam, non tamen impenetrabilem, hanc enim habet à quantitate superveniente; & ideo definitio quantitatis ei convenire non potest, nam licet suas partes habeat termino communi copulatas, hoc tamen non habet impenetrabilem; hoc enim modo soli quantitati convenit.